



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opera S. Matris Teresae De Iesu Carmelitarum Discalceatorum et Discalceatarum Fundatricis**

In duas partes distincta

**Teresa <de Jesús>**

**Coloniae Agrippinae, Anno MDCXXVI [erschienen] M.DC.XXVII.**

I. Testimonia virorum Doctrina ac Sanctitate Illustrium, quibus S. Matris Teresae de Iesu spiritum approbarunt, commendarunt, laudarunt: Ex operibus R. P. Didaci Iepes ordinis S. Hieronymi, Episcopi ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37974**



DIVERSA VIRORVM  
DOCTRINA,  
AC SANCTITATE ILLVSTRIVM  
TESTIMONIA,

*Quibus S. Matris TERESÆ de IESV spiritum  
approbarunt, commendarunt, laudarunt.*

*Collecta à R. P. DIDACO IEPES Ordinis S. Hieronymi in prologo, quem quatuor  
illis, quos de vita & miraculis S. M. Theresæ in lingua Hispanica conscripsit  
libris, pramissit, in latinam translata à D. Matthia Martmez.*

**I**nfiniti, quo Deus hominem prosequitur, amoris nusquam maiora indicia & argumenta dedit, quam in cruce pendens: in illa namque amorosa sua viscera patefecit, quarum magnitudinem nulla exprimat lingua, verba nulla satis exaggerent. At amoris teneri ac deliciosi, qui viscerum affectus & teneritudo est, quin & affabilis, amicæ, ac dulcis conuersationis, familiaritatisque, qua suis sese amicis communicat, eæ tantum animæ possunt esse testes, quæ ipsa & per experientiam ipsam sentiunt; illæ inquam, quæ per quamdam vitæ puritatem, contemplationis sublimitatem, amorisque subtilitatem, eò iam peruenere, illius vt sponsas deliciosissimas & amarissimas sese appellent, & reuera etiam sint. Nullius quippe matris tanta est sollicitudo & anxietas, nullius sponsæ tantum illicium, nullius item animus ita ab amore euiectus & sublatuS est, vt cum conuersationis ac familiaritatis diuinæ dulcedine, & suauissimi illius amoris, diuini teneritudine comparari, aut æquari possit. At quis, nisi qui de facto ea experitur & setit, deliciosa amoris signa & suauitates quas erga huiusmodi animas Deus exhibet, verbis exprimat? Hoc constat, neminem unquam potuisse aut scuisse verbis exprimere, quomodo is ipse sit; quamuis aliquid ex iis, quæ ipsæmet de eo testantur, & sacra Scriptura

*S. M. Theresæ Opera.*

*docet.*

S.  
Theresia

Opera

N. VI

156

docet, erueret aliquo modo nobis liceat. Christus quippe cum discretissimis hinc sponsis suis, est ad instar viui cuiusdam fontis, qui nunquam exhauritur, & è quo continuò lux, suauitas ac deliciae promanant; & quidquid demum ab illo fluit & descendit, quaedam amoris & ignis sunt flumina. Harum amoris deliciarum & teneritudinis, plurima, eaq; clarissima, in sacris litteris videre est testimonia, in quibus quaedam velut imago delictiosi huius amoris nobis proponitur. Alias namq; spiritus sanctus eum vocat cellam vinariam, alias ipsummet vinum, alias liquorem vino longè suauiore ac meliorè, alias deniq; vberum nomine eum indiget: neq; enim tam infanti suauia & sapida materna sunt vbera, nec tantum vicissim mater eum paruulo suo deliciatur, quam Dei amores & deliciae sapidae & delectabiles sunt cum ipso tractantibus & conuersantibus. Alias quoq; ebrietatis, languoris, deliquii pacis, quae omnem sensum exsuperat, sibi auram tenuis, cognomine eum significat. & licet alia sexcenta ei darentur nomina, nunquam tamen illa ad dulcem illum amorem, quo amicos suos permulcet ac delinit Deus, declarandum aut exprimendum sufficeret. Nam quod Deus infinitus quidam sit amor, & bonum bona reliqua infinitum transcendens, hinc anima quae reuera ipsum possidet, quaedam bonorum & delictiarum, quae ab infinito hoc amore nascuntur, collectionem & coacervationem haud dubie possidebit.

Quamquam autem certum sit, quoslibet iustos, qui in Dei gratia & amicitia sunt & viuunt illius quoq; familiaritate, ac blanda suauitate eius conuersatione gaudere, & sexcentis alijs sinceram amicitiae titulis Deo suo coniunctos esse; hic tamen tener amor, quo animas, quas suauissime amat, & ut sponsas suas habet, afficit & perfundit, in amoris ac conuersationis arctitudine & magnitudineque priorem illum longo intervallo transcendit ac superat. Etenim primi illi velut per fidem habent, quod hi sentiunt per experientiam; unde tantum inter eos est discrimen, quantum inter eum qui mellis dulcorem re ipsa percipit, & eum qui ipsum ideo nosset dulce esse, quod ita ex alijs audierit: primi, ad summum, aliquam suauitatis huius partem (quod enim Deus animae tam vicinus sit, hinc illius odorum fragrantia sexcentas quodammodo per rimulas sentitur & percipitur) olfaciunt: hi vero caelestis spiritus sui amplexuum dulcedinem de facto gustant: atque huius adminiculo sanguinem suum lac factum, id est modo quodam suauis ac sapido, Deus ipsis communicat. Et sicut in Regum aulis quidam sunt, qui ianuam apertam tenent ad cum Rege agendum & loquendum: alij vero, qui interiorius penetrant, quibus sua ille secreta reuelat, & qui semper apud ipsum versantur, eiusque intimi & familiares sunt, quibus cum proinde ille amice tractat & loquitur: ita se res in animabus cum Deo agentibus habet: quarum quae arcto amoris vinculo ei vnita & coniuncta sunt,

illius suavissima conuersatione perfruuntur, & absconditissimorum illius secretorum participes sunt. Hei ite sunt, quae suauē hunc Dei amorē re ipsa sentiunt & experiantur; de quo nihil aptius aut conuentius dici potuit quā quod aliās de eo S. Ioannes ait, dum eū manna uocauit *absconditum*, manna quidē quia delectatio est supra modum dulcis ac suauis, & non vno solum saporis genere sapida, sed ad comedentis gustum, saporem, desiderium, conditionem se conformans. Absconditum uerō, quia nullus quomodo sapiat intelligit, nisi qui ipsum de facto comedit & gustat: ipsa quippe experientia linguam mutam reddit, & quae in anima peragitur, magnitudo illam quodāmodo ineptam & impotentem reddit, ad eorum quae gustauit, minimam partem exprimendam. Atque haec est causa, cur haec gratiae ac deliciae, quas animabus Deus praestat, ita immensae sint, ut homines eas non credant, multi etiam ne intelligant quidem nam, ut bene S. Bernardus ait, hoc amoris idioma, uelut Arabicū est non amanti, & intellectu difficilius quā Graecalingua ei qui ipsam non didicit. Cuius rei hanc S. Augustinus dat causam: *Quia in homine carnali tota regula intelligendi est consuetudo cernendi, quos solent uidere, credunt, quod non solent uidere, non credunt.* Atque hoc est quod Apostolus dixit, *Animalis homo non percipit nec intelligere potest opera & mirabilia Dei.* Atque ideo & S. Dionysius Areopagita cum quodam e discipulis suis de mystica hac lingua qua ad animas loquitur Deus, agens, ei consultit, ut cum sapientibus huius saeculi, nullam rerum diuinarum ac caelestium experientiam & scientiam habentibus, absconditam hanc sapientiam non communicaret. Et S. Augustinus de amoris huius & deliciarum subtilitate loquens, sic ait, *Da amantem, & sentit quod dico: da feruentem, & scientem, & fontem aeternae patriae suspirantem, da talem, & scit quid dicam; si autem frigidus loquar, nescit quid loquor.* Ut ergo secreta & arcana amoris lingua intelligatur, aures Augustinus exigit amorosas; eum uerō ut ineptum & illius intelligendae incapacem reijcit, qui per frigiditatem & tepiditatem suā, illius suauitatem ac dulcorem gustare non meruit.

Tametsi uerō plurimis ob sensus stuporem & hebetudinem amorosa haec Dei cum animabus conuersatio incredibilis videatur, qui tamen fidei & lumen & ueritatem habent, eximios illos fauores & delicias, quibus amicos suos Deum allocutum esse & affecisse sacra scriptura commemorat, non possunt non fateri & credere. De Mose quippe ait, eum cum Deo, ut amicus cum amico solet, facie ad faciem loqui consueuisse, quin & aliis Prophetis gratiam hanc a Deo factam constat. Quin & Deus ipse in ueteri testamento manifestē professus est, delicias suas esse cū filiis hominum conuersari

S.

Theresia

Opera

N. V.

186

Serm. 79.  
in Cantu.Serm. 147.  
de tempor.Cap. 1. de  
myst. Theol.Tract. 26.  
in Ioann.

In nouo uero testamento, in quo amorem suum in homines magis Deus patefecit, maiores illius erga eosdem fuere delicia, & amoris ac beneuolentiae effusiones; quemadmodum si iam inde à temporibus Apostolorum ad usque nostra historiae sanctorum percurrere uelimus, facili negotio uidere erit. Ut autem multos viros sanctos, quibus Dominus ipse apparuit, & alios singulares fauores praestitit, iam omittamus; certa est, eum superioribus saeculis eandem gratiam etiam multis sanctis mulieribus fecisse, quarum si hic texere catalogum & seriem uellemus, prius nobis tempus deficeret, quam materia. Penam namque his exemplis sunt sanctorum historiae, atque adeo uix ulla est, in qua non singulares & eximios quosdam Dei erga amicos suos fauores legere sit.

Cum ergo ostendere uellet Dominus, ingentem liberalitatem & effusionem suam, qua se adeo impense & sine mensura amatoribus communicat, eandem esse modò quae fuit olim & saeculis prioribus, & ad bonum faciendum, gratiam; & ad malum, naturalem propensionem (etenim eundem Deum habens modò, eandem is quoque bonitatem habet quam prius, easdem quoque in Ecclesiam suam immittit influentias, eosdem denique ei fauores & gratias facere paratus est) eandem esse; hinc uelimo hoc saeculo & aetate tam eximiam ac notabilem nobis sanctam dare uoluit, sanctam inquam matrem Teresam de Iesu. Cui gratiarum ac donorum, quas magnis sanctis diuisim dare solet, plurimas iunctim & collectim dedit. Etenim fauores & deliciae, quibus eam Dominus cumulauit, nec non amoris qua cum ipsa egit affabilitas & teneritudo, tam sunt ingentes ac singulares, pares ut uix unquam legerim uel audierim; ut taceam dona varia & tam admirabilia, ac uirtutes adeo perfectas, & in summo gradu collocatas nec non alias eximias sanctitatis, qua eam donauit, praerogatiuas, quibus eam inter multas sanctas mulieres eminere, & (ut id sine uilius iniuria dicam, inter reliquas omnes rarissimam ac perfectissimam esse uoluit.

Nam tamen si multas sanctas mulieres, maximis eximisque uirtutibus praestantes fuisse; alias admirabiles caelitus uisiones, & particulares quosdam à Deo fauores accepisse; alias quoque inusitata quaedam miracula patrasse; alias denique omnia haec coniuncta & simul habuisse legamus, nullam tamen ipse sanctam (tamen si accuratè & diligenter rem excusserim) uidi aut legi, cui magis extra ordinarias & particulariores Deus opt. max. meo iudicio, contulerit praerogatiuas, quam sancta huic Matri Teresae de Iesu. Ut enim de donis ac donibus naturalibus (quae saepe plurima fuere) quibus eam Dominus cumulauit, nihil dicam;

diuina

diuina certè & supernaturalia tot & tam eximia in ipsa fuere, vt in nulla vniquam maiora apparuerint.

Etenim, præter tantam virtutum perfectionem, ac vitæ sanctimoniam per quàm operibus & factis in perfectæ & heroicæ virtutis ratione ed pertuenit, quo fortissimi quique ne cogitatione & desiderio quidem pertingunt, tot tamque extraordinarij Dei fauores; tanta item cum suprema illa Maiestate familiaritas & communicatio, ac si de Seraphinorum, illius amore quam maximè incensorum, & illi intimorum, num ero fuisset; tanta quoque rerum cælestium noticia, tanta cū cælestibus ipsis familiaritas & conuersatio, tamquam si de illorum societate fuisset, tam sublimes rerum diuinarum conceptus & sensus; tantum in absconditis secretis, & arcanis mysterijs declarâdis lumen, quantum in vno vix quisquam notauit; tam eminens & sublimis doctrina, quam libris suis comprehensam ad posteros transmisit (in quibus est rerum quas scribit subtilitate, magna qua easdem penetrat intelligentia, singulari qua ipsas exprimit perspicuitate, stili quo ea quæ dicit, propinat, elegantia & diuino artificio, & quo facit, vt qui legunt, spiritus sancti ignem, qui istis in scriptis inclusus est, notabiliter percipiant, nec non manifesta illam lucem ac calorem, quem ipsa passim spirant; ad oculum videre est, hanc doctrinam à Deo esse inspiratam, è cælo profectam, & non sine speciali spiritus sancti assistentiâ & ope conscriptam.) Præterea quod Religionis cuiusdam fuerit mater & fundatrix, quod nimirum mulier vna & sola, integram tam mulierum quam virorum Ordinem ad tantam perfectionem & vitæ arctitudinem, & ad eam sanctitatem reduxit, vt quædam primæ illius sanctitatis & innocentia, quæ primitiue Ecclesiæ temporibus inter sanctos illos Egypti & Palestinae Anachoretas viguit, imago & exemplar esse videatur; & hæc omnia, mediante diuina assistentiâ & ope, suis ipsa manibus, & vt ita dicam in brachijs suis, suique sodoris impêdio perfecit. Ad hæc miraculosa corporis illius, in corruptio & integritas; nec non plurima miracula & mirabilia, quæ illius opera tū in vita, tum post mortem præstitit, & quotidie adhuc præstat Deus. Omnia, inquam hæc tam extra ordinaria, noua, magna, singularia, tamque ab omni eo quod secundum ordinarium rerum ordinem & cursum fit, longe remota simul iuncta, quædam miraculorum, prærogatiuarum & singularium gratiarum, quibus hanc Deus sanctam honorauit, coaceruatio & synopsis est; quæ vniuersa ita simul iuncta, sanctæ vlli obtigisse me legere numquam memini. Nolo autem hic aliquam inter sanctitatis & perfectionis vniuscuiusque gradus ac qualitates comparationem instituere; sed soli Deo, qui vniuscuiusque spiritum metitur & dignitatem nouit, huius rei iudicium ascribo:

S.

Theresia

Opera

N. V.

186

solum hic loquor de illis quæ exterius de sanctis hac in vita scire possumus. Nam tamen in plurimis horum substantialiter & formaliter ipsa sanctitas non consistat, vt plurimum tamen Dominus maximis sanctis maiores conferre gratias, maiorem impertiri lucem, eisque vt instrumento ad maiora obsequij & gloriae suæ opera efficienda vti consuevit. quemadmodum enim in Beata Matre Teresa de Iesu fecisse constat, &c.

## §. I.

## DE SANCTITATE &amp; PERFÉCTIONE VITÆ, SANCTÆ MATRIS TERESÆ DE IESU SEMPER OMNES BENE SENSERUNT.

Quibus propositum est, illorum sanctorum & sanctarum, quibus Dominus particulares quasdam & extra ordinarias gratias contulit, vitas describere solent, quò rite historiam suam aspiciantur, & fidem atque auctoritatem, quam res tam sublimes ac diuinæ requirunt, ei concilient, Lectorem præmonere, ante omnia probantes, & ostendentes, visiones, reuelationes, & alias id genus gratias, quas sancti illi cælitus recepere, certas, veras & indubitatas fuisse: Possè equidem huic ipse labori superfedere, cum generalis & communis, quæ in vniuersa Ecclesia est, sanctitatis ac doctrinæ B. Matris Teresæ de Iesu, tot testimonijs confirmata, approbatio ad eò sit euidentis, vt nullum (nisi fortè sit qui solem lucere neget) reperire sit, qui non idem debeat & cogatur confiteri. Nihilominus, tum vt meæ consolationi, & erga sanctam hanc virginem deuotioni, nec non illorum, qui eandem quoque deuotionem habere possent, satisfaciam, tum vt debita cum opinione & æstimatione Lector ad vitæ eius historiam legendam ingrediatur; quædam visum mihi est paucis præmittere testimonia, quibus illius vita, libri, sanctitas & spiritus comprobata sunt. In quo & viris doctis faciam satis, & ignorantibus ac rudibus, eos quos Dominus suis confert fauore & gratias, reddam credibiles: hi namque, velut animalia bruta & terrena, aliud non iudicant, quam quæ oculis cernunt, & quæ oculorum fidem non excedunt, omni in re ad sensuum suorum iudicium ac tribunal appellantes. Atque hæc ratione me necesse non erit nouo cum labore hic quasdam ad spiritus discernendos regulas tradere ac coaceruare, aut quemdã de visionibus, reuelationibus aut raptibus (vti alios non nullos fecisse constat) tractatum præmittere. Hac quippe in materia, aut in regulis illis consignandis ijsque ad casus particulares applicandis, grauius errare possè: quod certè de tot tamque illustribus Doctoribus quos hic producã, & qui spiritum eius examinare sustinuerunt, nullatenus præsumendum aut opinandum est. Nam, sicuti iam iam videbimus, viri omnes grauissimi, & tum

doctrina

doctrina tum vitæ sanctimonia illustrissimi, qui eadem qua sancta hæc Virgo ætate florere, hunc assumere laborem, non dubitarunt, qui vna manu lapidem lydium sacræ inquam scripturæ regulas, alia vero sanctorum virorum ac patrum doctrinam præferentes, vitam reuelationes & spiritum illius examinarunt & expenderunt: in omnibus porro illam hæc regulis & doctrinæ mirè conformem & correspondentem viderunt, vt iam iam ex illorum testimonijs & dictis erit videre. Quæ autem ipse hic producam non ex incertis & dubijs quibusdam relationibus, sed authenticis ac probatis informationibus, quæ, quò sancta Mater in Catalogum Sanctorum referrentur, sint factæ, deprompta & petita sunt; hinc etiam penè omnes quos hic adfero, testimonium suum iureiurando confirmant.

## §. I.

## PRIMUM TESTIMONIUM VIROVUM GRAVIUM ET DOCTORUM, QUI S. M. TERESA DE IESU SPIRITUM APPROBARUNT.

VT ergo de veneratione & æstimatione; simul & de magna deuotione, quam erga Sanctam hanc tum viuentem tum mortuam vni habuere, aliquid dicam, exordium ducam ab his qui cum ea in vita conuersati sunt, eam cognouerunt, ac spiritum illius examinarunt, approbarunt, & talem fuisse censuerunt, qualem eum illa iam mortua omnes confitentur & agnoscunt. Quod autem sancta Mater ex vna parte tam esset humilis, vt sese indignam reputaret, vt Dominus sui vllatenus recordaretur; ex alia autem, tot & tam singulares à Deo gratias ac fauores reciperet, vt norunt omnes, & in vitæ illius historia pluribus referunt; tamen ne fortè sua ob peccata) quæ ipsa, vt pote verò humilis, identidem plangebat, tamquam si enormissima & grauissima flagitia fuissent) ei dæmon forsitan illuderet, quieta non erat, nec, quamuis tot sibi Dominus gratias conferret, secura. hinc identidem cum suis Confessarijs hæc super se conferebat: vnde etiam illos & doctissimos, & grauissimos semper habere satagebat, & quærebat; quin & illorum iussu & præscriptione, cum alijs eius notæ viris, & in Hispania tum temporis & auctoritate ac doctrina celeberrimis tractabat ac communicabat. Insignem porro ad hoc faciendum occasionem & commoditatem S. Mater habebat, quod per Hispaniam propè vniuersam, dum ad noua Monasteria monialium fundanda, eorumque iam fundatorum directionem & gubernationem abiret, profecta sit. In quo sanè diuinam prouidentiam licet admirari & notare, vt nimirum, cum illius viuentis spiritus sanctimonia à tã multis esset approbatus, ipsa iam mortua ab omnibus soleteretur & suspiceretur: & vt hæc, quæ quoniam tã admirabilia & rara sunt.

S.

Theresia

Opera

N. V.

156



sunt, aliquem forsitan remorari possent, tantorum & tam multorum testimonio iam comprobata, & constabilita communem omnium opinionem post se traherent.

Initium ducamus à viris literatis & doctis, hi quippe sunt, qui maiore cum rigore & exactius Sacrae scripturae regulas, & sanctorum Patrum doctrinam examinant, quique non sine prudentia, in hisce credendis & approbandis, ut plurimum esse solent tardiores, quam illi, qui solius pietatis oculo eadem considerant. Quos ergo viros doctos S. Mater dum viueret, consuluit & quibuscum tractauit, sunt hisce sequentes.

Agnem ducat R. P. F. & Magister DOMINICVS BANNESIENSIS primarius facultatis Theologicae Cathedricus ac professor in Vniuersitate Salmanticensi Iubilarius (ut vocant) & rube donatus (hoc namque ad magnam illius doctrinam testandam & colligendam satis est, ut taceam eius summam rerum ad spiritum spectantium, quae per tot annos sibi collegerat, experientiam) hic ad multos annos S. Matri à confessionibus fuit, & iam inde penè à conuersionis illius initio, ad vitam usque finem, quatuor nimirum ac viginti circiter annorum spatio, cum ea egit ac communicauit. Quinimodò, quascumque S. Matri occurrebant, difficultates, etiam absens, cum illo communicabat, atque ex illius directione ac nutu tota semper pendebat. Ipse quoque vicissim S. Matrem tanti fecit, tamque de ipsius sanctitate bonam opinionem concepit, ut, cum in illius exequiis in Salmantino Discalceatarum monialium cenobio concionem haberet, illam S. Catharinae Senensis in sanctimonia, aequalem; in scriptis verò & doctrina ea superiorem esse aperte confiteri non dubitauit. Ut porro melius tam grauis ac docti viri opinio ac sententia intelligatur, ipsiusmet testimonium, quod, dum de illa in sanctos referenda ageretur, ipse de eadem tulit, hic visum est verbotenus adscribere: *Nemo, inquit, melius quam ego, scire potest particulares fauores & gratias, quas Matri Teresa de Iesu Dominus contulit: ad multos enim annos eius confessionem excepi, eamque tum in confessione, tum extra illam, saepius examinaui, variisque eam modis explorauit, ac periculum feci, semper me erga illam valde asperum & rigidum praebens: quo autem illam magis humiliabam & despiciebam, eo magis ipsa ad meum consiliū amplectendum animabatur, ita se securius tutiusque incedere existimans. Et inferius paulò, particularibus fauoribus & gratijs, quas Dominus ei contulit, loquens, Hac, ait, in parte tam multa occurrunt particularitates, ut, nisi nouus de his conscribatur liber, per ordinarij testimonij viam dici ea nequeant. Et forsitan ego, si necesse id erit, aliquem de ea re tractatum conficiam, è quo intelligatur & constet, quam secura ac tuta Mater Teresa de Iesu inceserit via. Longè seculis, ac spiritus quidam deceptores & illusoris, qui hisce nostris temporibus apparere ac detecti sunt.* Et post

post alia multa, adiungit: Toto illo tempore, quo cum ipsa egi (egi autem multis annis) namquam in ea aliquid vidi, quod viri uti contrarium foret; sed maiorem modum simplicitatem & humilitatem, quam in vlla alia persona obseruavi. In omni autem virtutis, naturalis aequè ac supernaturalis, exercitio singularissimum omnibus cum ipsa agentibus erat exemplar. Illius porro oratio & mortificatio rarum quid erat, vnde ea restari, ac referre poterunt, quot quot particularius cum ipsa egerunt. Illius autem sinceritate & humilitate nullam se vniquam in quoquam maiorem obseruasse asseruerat; atque idem penè de omnibus alijs eius virtutibus fert testimonium. Præter hæc alia multa de hac sancta eiusque libris, quos ipse, antequam in lucem emitterentur, sanctæ Inquisitionis insu examinavit & approbavit, adfert elogia. Paucis illis verbis plura de ea dicit, quam cuiquam videatur: cum ait quodam opus esse libro, in quo particulares, quos Dominus sanctæ huic Virgini impertitus est, fauores & gratiæ conscriberentur: quam scribendi operam ipsemet quàm libentissimè subiisset, si occupationes, quæ non vulgares fuere, ei ad hoc opportunitatem & locum dedissent.

Antequam verò Ordine gloriosi Patris S. Dominici egrediar, alios ex eodem hic viros adducam, quorum testimonium auctoritate ac fide dignissimū est, & omni exceptione maius. Atque imprimis R. P. F. Magistrū BARTHOLOMÆVM DE METINA, Primum Academicæ Salmanticensis Cathedrae: qui cum tam multa, tamque extraordinaria de S. Matre aliorum ex sermone inaudisset, parui ea faciebat, neque fidem ijs adiungere poterat; imò satis sinistrè de ea sentiebat, ob ea quæ hoc in casu de alijs audiuerat. Cum ergo Teresa Salmanticam, monasterij sui fundandi causa, venisset, omnimodis curavit cum magno hoc viro conferre; semper namque eos quaerebat viros, quibus ipsius spiritus usque ad eò non placebat, & qui maiores illius occasione ei mouere difficultates poterant, ab illis melius eum credens excutiendum & exanimandum, quàm ab illis qui ad ipsi credendum facillimè inducebantur. Illum ergo adiit, & postquam generalem apud eum confessionem instituit, suæ orationis, & viæ quam insistebat, ei rationem reddidit, simul & quidquid de vita sua ipsa conscripserat, legendum & examinandum tradidit. Vnde ipse non minus confusus mansit, quam certus iam & securus, spiritum Deieffe, qui in sancta illa anima vivebat, præsidebat, eamque tam insolitijs & extraordinarijs fauoribus visitabat. Et ipse de numero fuit illorū, qui Beatam Matrem maximè securam esse iusserunt; atque ex eo tempore insignis illius amicus, commendator & fautor factus est, adhæc dicere non est veritus, quòd nullus ea in terra ac mundo sanctior esset.

S. Matris Teresæ Opera.

R. P. F.

S.  
Theresia

Opera

N. V.  
156

R. P. F. IOANNES DELAS CUEVAS, qui in illustri Dominicanorum Ordine Prouincialem egit, ac deinde ad Abulensem est Episcopatum euectus, familiarissimè ac particulari quodam modo S. Matrem cognouit; ipsa quoque vicissim, eidem quo solebat tenore, sinceritate & candore cum ipso de spiritu & modo suo orandi egit, simul quoque vniuersæ vitæ rationem ei reddidit, qui mox facile percepit, quàm insignes Deus opt. max. in anima illa thesauros recondidisset, vnde etiam exinde mirificè eam coluit, & amicitiam cum ipsa seruauit. Atque in informatione, quæ de illius relatione in Diuos facta est, ait, illam se vt insigniter sanctam, & summarum virtutum cultricem habere.

Idem quoque testatur ac de ea pronuntiat R. P. F. MAGISTER Didacus de Chaves, PHILIPPI SECUNDI Hispaniarum Regis Confessarius, qui, cum Priorem in Monasterio S. Thomæ Abulæ ageret, cum eadem egit & communicauit.

R. P. F. IOANNES GVTIERRIVS Regi eidem à Concionibus, & F. FERDINANDVS CASTILLIVS ( cuius, quam de suo ordine composuit, historia eruditionem, doctrinam, & spiritum satis prodit ) ipsam quoque examinarunt & ipsius spiritu in approbarunt.

Magis verò in particulari P. F. Magister Garcias de Toledo, Generalis Indiarum commissarius. hic enim magna cum particularitate cum illa egit, & satis longo tempore cum eadem contulic; hic quoque ipsam vitam suam scripto iussit committere, & ipse fuit is, ad quem epistola illa, quæ in eiusdem fine legitur, scripta est.

R. P. F. MAGISTER PETRVS FERNANDIVS ( quem Philippus secundus Hispaniarum Rex nouæ Discalceatorum reformationis Visitatore & protectorem esse voluit, vt eam suo is in exordio tueretur & propugnaret ) summæ vir doctrinæ, magni spiritus & austeritatis, aliquot annis sanctam Matrem cognouit, & cum ipsa tractauit; illius quippe Prælati & Confessarij vicem functus est, cumque eam initio magno cum timore & cautela tractare cepisset, postea tamen, quemadmodum & cæteri omnes, manus dedit & cessit; ipsiq; exin suis in foundationibus magno fuit adiumento, quin & dicere non est veritus, Teresam de Iesu eiusque Moniales mundo re ipsa declarasse, fieri posse ac possibile esse, vt & mulieres perfectionem sequantur Euangelicam: quasi diceret, illam magno suo spiritu ac talento facile practicabile & visitatum reddidisse, quod hominibus tam videbatur arduum ac difficile.

Non minus de Sanctæ Matris sanctitate ac spiritu alius eiusdem Ord-

Ordinis Prouincialis dubitauit, F IOANNES SALINAS dictus; qui & P. M. Dominicum Bannesium (vbi suo is testimonio affirmat) commouit, ne plus æquo mulierum virtuti consideret aut crederet: quin imò malè eum habebat, quòd ille de S. Matris Teresæ de Iesu rebus tam eximie & præclare sentiret. cui Dominicus respondit, illam prius alloqueretur & tractaret, quàm aliquod de ea iudicium ferret. Contigit porro, illum Toletum, vbi tum S. Mater agebat, concionum habendarum gratia mitti, vnde eam toto quadragesimali tempore examinauit, diuersaque eiusdem pericula fecit, quem illius mox sanctitas & virtus ita rapuit & affecit, vt, quamuis ob multa negotia perexiguum ei esset tempus, quotidie tamen ad eius confessionem excipiendam abiret. Interroganti eum deinde Magistro Banneseo, quid ei de Teresæ de Iesu visum esset; respondit, *Decepisti me dicens mulierem esse; reuera non est mulier, sed vir virilis, & quidem de maxime barbatis.* quo loquendi modo heroicam ac magnam ipsius virtutem, sanctitatem & valorem declarauit.

R. P. F. Magister DIDACVS DE YANGVES per octo annos S. Matris Teresæ confessiones excepit, vir eiusdem ordinis cum primis grauis, & eruditus vt pauci. hic illam confessus est magni spiritus mulierem fuisse, maximisque dotatam virtutibus; quin & particulares aliquot reuelationes, quas à Domino S. Mater accepit refert, & suo in testimonio multas alias sanctitate S. Matris dignas, laudes & excellentias congerit.

Idem quod isti Patres tam graues & docti, sensere de eadem alij plurimi ex eodem Ordine Magistri, Præsentati, Regentes, & Lectores. Atque in primis R. P. F. PETRVS YVANNESIVS ( qui postea Collegij S. Gregorij Vallisolerani Regens & Rector fuit ) ei suis in principiis sexennio à confessionibus fuit; & particularem quemdam, in vndecim capita distinctum, tractatum composuit, in quo per multas regulas, & documenta, è sacra scriptura ac sanctis Patribus, ad spiritus dignoscendos colligit & profert; quas omnes cum in spiritu S. Matris locum habere videat, dubitare se non posse ait, quin à Deo is sit. Non abs re verò futurum mihi videtur, quidquid vir ille tam doctus hac de re illo in Tractatu prodidit, hoc loco referre, quantum videlicet prologi huius breuitas permittit: *Omnia, inquit, illius colloquia: epistolæ, & quidquid demùm agebat, plena vidi humilitatis, vt pote qua summopere desiderabat, vt omnia sua errata, defectus, & miseria nemo nõ videret, nosset, ac de ipsa loqueretur, nec nõ ægerimè ferret, quòd quis eam vt bonam ac sanctam haberet. Cum verò Dei gratia iam crescere & crebriores in ea fieri inciperent, mors quaedam illi videbatur, quòd quis aliquid ex his intelligeret, ne propterea ipsam vt bonam haberet. Et postquam*

S.

Theresia

Opera

N. VII

156

iam ad particularia quædam descendisset, addit: Denique humilitas eius in-  
 credibilis est, uti restantur, qui frequentius cum ea conuersantur. Et inferias pau-  
 lo adiungit: Ad oculum patere & manifestum esse dico, Deum mulieri huic facere  
 & adesse, & quidquid ad illius sanctitatem testandam persuadendamque dicere pos-  
 sumus, verissimum esse. Conuentum S. Iosephi per expressam Dei reuelationem funda-  
 uit, & que in eodem viget sanctitas, euidentis rei huius dat testimonium. Monialis hu-  
 ius conscientia puritas tam est singularis, ut tum nos qui eius confessionem excipimus,  
 cum ea que tractamus, tum omnes eius sodales in admirationem ac stuporem capiat.  
 Dicere namque possumus, quidquid illa cogitat & tractat, Deum esse; omniaque ad  
 Dei honorem & obsequium, & spiritualem animarum profectum dirigi. Atque hac ra-  
 tione fundauit domunculam illam S. Iosephi, in omni quacumque hic in terra in mu-  
 licibus ac viris haberi potest, perfectione eam instruens. Si vero de magno spiritu fru-  
 ctu, quem quot quot cum hac Dei ancilla agunt, e conuersatione eiusdem colligunt, lo-  
 qui velimus, finem non habebit narratio: magna quippe Dei sunt mirabilia que hoc in  
 genere sunt. De meipso nihil dicere volo, quod cum ipse ob peccata & demerita mea  
 promeritus non sim; tamen si meipsum experientia norim, Dominum, ex quo tempore  
 cum illa conuersari cœpi, in multis mihi rebus singulari quodam modo adfuisse, quas  
 ipse ad oculum perspiciebam, non sine particulari Dei auxilio & concursu fieri. Quare  
 non magis possum eam ut sanctam non habere, quam dicere possum me illam non nos-  
 se. Multa mihi aperuit, que solus Deus nosse poterat, quod essent res future, & que ad in-  
 teriora & profectum spiritus spectabant, queque mihi videbantur impossibiles. Quas  
 tamen quam verissima fuisse deprehendi. Et paulo inferius profequitur: Quid-  
 quid sancta huic reuelatum est, non nisi in magnos & illustres spirituales effectus, sum-  
 mam afflictorum consolationem, & singulare in diuino amore profectum tendit. Plus  
 a quo prolixum foret, quicquid ei reuelatum est, narrare velle. Omnes quicumque haberi A-  
 bula poterat, aut illic pertransibant, viros doctos consuluit, & cum his suis de rebus con-  
 tult. Atque inter ceteros, sanctum quemdam hominem ex Ordine D. Francisci, quem  
 ipse noui, F. PETRUM DE ALCANTARA dictum, singularis virum orationis &  
 penitentie, & in professione sua zeli. Sanctus hic, esto non adeo magnus, quæ eum excurrere  
 Abula cogere, negotijs vigeretur, nihilominus a diuina Maiestate ed ut cœderet im-  
 pulsus est, ad hanc ancillam suam consolantem, cum plurimos huius in rebus haberet aduer-  
 sarios & contradictores, ille verò certam eam reddidit, ac credere iussit, Deum esse, nullumque  
 illusionem subesse, ipsamque, quo ad modum quo Deum videbat, ac reuelationes, & diuinas quas  
 habebat allocutiones, plane illustrauit, & secum fecit. Quod autem sanctus hic vir tantum  
 illi tribueret ac deferret, particularemque, affectum & amicitia signa ei exhiberet, factum  
 est ut omnes ei contradicere desinerent, atque exinde valde fuit quæta. Aded ut quotquot  
 ei ante contradicbant & aduersabantur (erant autem plurimi) & quotquot hac de re  
 consulti fuerent, aperitissime testentur & fateantur, spiritum hunc sine dubio a deo  
 prouenire, nulla ut in hoc subesset illusio. Et tamen si initio plurimi ei quam ma-  
 xime contradicere & eam inimicarent, iam tamen omnes eam ut insignem  
 Dei au-

Dei ancillam habent, & quo possunt honore colunt & venerantur. Hæc & alia per-  
mitta doctus ille vir in dicto illo tractatu scribit, & aperte testatur, si  
omnia quæ de ipsa dicenda haber, dicere vellet, necesse sibi fore in-  
gens volumen conscribere. Hæc ab eo relatio facta est sexennio post-  
quam Sancta Mater magis intimè se Deo dare cepit: & hodierna æt-  
ernæ die ipsiusmet Patris manu exarata, in Discalceatarum Monasterio  
S. Iosephi Abulensi asseruatur. Porro misericè Sancta Mater illi viro  
profuit: nam tamer si antea insignis Dei esset seruus, postquam tamen  
cum ipsa egit, aliam vitæ rationem inijt & assumpsit, & in virum san-  
ctum euasit. Huius Patris opera & medio, sancta Mater, de orationis &  
vitæ suæ modo cum P. F. Magistro Mancio, Primario Salmanticae Ca-  
thedrario communicauit: & idem eius de illa fuit iudicium, quod alio-  
rum omnium, qui ipsam cognouere & tractarunt.

Illius quoque confessionem exegit, & spiritum probauit R. V. F.  
VINCENTIUS BARONIUS, officij S. Inquisitionis consultor, & vir egre-  
giè doctus, qui illi Tolerti agenti, ad selquiannû, in confessione & vitæ  
directione operam dedit. quod illæ obsequium sibi impensum egregiè  
et repperdit: illius namque orationibus factum est, vt ad magnâs vitæ  
perfectionem peruenerit.

R. P. F. PRÆSENTATUS PHILIPPUS MENESIUS, in collegio S. Gregorij Val-  
lisoleto Theologiae Lector, cum tam multa de Sancta Matre dici in-  
audisset, Vallisoleto Abulâ venit, visurus annò cacodæmon ei illuderet,  
vt illâ aut ab illusione liberaret, & meliora edoceret, aut, si recta via in-  
cederet, illam, si quando alios de ea alloquentes audiret, rueretur. Hanc  
ergo cum audisset, non potuit non quàm honorifice de ea loqui.

Confessa quoque est & contulit eam alio Præsentato, cui nomen  
LYNAR, & in Monasterio S. Thomæ Abulensi Priorem agebat. Qui om-  
nes eius spiritû & virtutes explorauit, approbarunt, & laudibus ex-  
tulit: tantus namq; ab ea splendor ac flamma semicabat, vt, tamer si  
tam singularia & extraordinaria ipsa haberet, vt nemini non timorem  
incurteret, nemo tamen, qui eam alloqueretur, & cum ipsa conuersaretur,  
de summa illius sanctitate, & quin omnes illi fauores & gratiæ exi-  
miae à Deo prouenirent, posset dubitare.

Non minus verò cum Patribus Societatis Iesu S. Mater, quàm cum  
Dominicanis contulit. Quòd enim in duabus illis Religionibus tan-  
tam doctrinam, nec non tantum orationis ac virtutum usum vigere  
cerneret, nullatenus sibi errare posse videbatur aut illudi, si illorum vi-  
rorum doctrina, consilij, & monitis niteretur.

In primis verò Sanctæ Matris Teresæ de Iesu sanctimoniam diuul-  
gat & celebrat, doctissimus Pater & Doctor, FRANCISCUS DE RIBE-  
RA qui

S.  
Theresia

Opera

N. M.

156

RA, qui cum magno omnium plausu in duodecim Prophetas Minores S. Pauli ad Hebræos epistolam, & Apocalypsim S. Ioannis, commentarium edidit, eumque alijs magni momenti rebus occuparetur, tanto tamen deuotionis affectu, & æstimatione erga admirabilem S. Matris Teresæ de Iesu sanctimoniam & virtutes motus est, vt, nullo alio certè sibi scopo præfixo, quam vnica diuina gloria, vtque tanta sanctitas illius in Ecclesiâ innotesceret, & vt ob particulares quædam gratias quas eius intercessione & medio à Domino ipse receperat, gratum illi se exhiberet, (vti ipsemet faretur) iam senior & annis grauis, de illius vita & miraculis integram libram conscripserit. In quo licet tam alta & heroica de sancta hac virgine referat, semper tamen paucior quàm rei dignitas exigat dicere, eo que infra eius dignitatem se loqui exultimat. Vt verò maior scripto illius accedat auctoritas, tamenti ipsa scribentis auctoritas per se sufficeret, quòd magna vir sit religionis, & virtutum plurimum; ipse in testimonio, q̄ in informatione quæ de eius canonizatione facta est, dat, sub iurifurandi sacramento cõfirmat, quidquid à se libro illo descriptum est, verissimum esse. Quin imò quæcumque scripsit, seriò & accuratè inquisiuit, omniaque quam potuit fidelissimè scripto commisit: vt vnicum hoc eius testimonium, ad tam singulari & admirabili virtuti fidem adiungendam sufficiat.

Sanctam quoque Matrem satis diu cognouit, explorauit, & examinauit illustris ex eadem Societate Doctor P. HENRICVS HENRIQEZ, eruditione & doctrina præstans, qui præclaros quosdam in Theologia Morali posteritati libros reliquit, multiplici scientia refertissimos. Huic alias magnum infedit desiderium vitam & reuelationes huius sanctæ examinandi, vti ipsemet in testimonio, quod in informatione Salmanticæ circa eius canonizationem instituta dedit, ingenitè confiteretur. Cum enim Hispali S. Matris, cum eò foundationis instituendæ causa ipsa profecta esset, & ibidem anno integro moraretur, ac magnis multorum exagitaretur afflictionibus, confessiones toto illo tempore exciperet, eam satis per otium (vti ipsemet refert) præsentente RODERICO ALVARIO, eiusdem Societatis Sacerdote, viro sexagenario, magnique spiritus, & rerum experientiæ, qui que tunc quidem sibi persuadere non poterat, tantas Dominum in sanctâ Matrem virtutes & gratias contulisse, examinauit. Rodericum, vt dubitaret, mouebat partim ipsa gratiarum magnitudo & singularitas, partim magna quam habebat ipse, multarum deceptionum & illusionum diabolicarum, quas in multis, ijsque notabilibus & quæ vt valde spirituales habitæ erant, personis sæpius iam reipsa compererat, experientia. vnde etiam tractatum quemdam conscripserat, in quem multos casus particulares, & varias spirituum discretionem edocentes

et res regulas retulerat, & in quo primarium eius interitum erat ostendere, ut plurimum magnas hac in parte diaboli fraudes & illusiones, ac praesertim in mulieribus, subesse. Quocirca duo illi Patres pariter S. Matrem inducere (quod ita Superior eius tum mandasset) ut quidquid sibi hac in parte contigisset, scripto committeret, ei, ut se in illo ratificaret, ac iustificaret, iubentes, eam examinantes, & alias rogata denuo rogantes, eaque scripta velut commentantes & enucleantes, omnesque illius libros, verba, & scripta accuratissime perfringentes, quam postquam toties & tam studiose singillatimque examinassent, mirifice ac per omnia eis placuit, & singularem eius humilitatem, charitatem, & admirabilem orandi modum, magnamque discretionem; & rerum spiritualium experientiam ad oculos perspexere. itaque tandem supernuacuum illum & formidinem, quem haecenus habuerant, penitus deposuere. Omnia haec, expressa sunt P. Henriquez verba, qui excerptum suum sermonem sic prosequitur. *Habuit Mater admirabile donum in omnibus orationis gradibus, quos Sancti doctores tradunt. Unde etiam Patres Franciscus de Borgia, Societatis Iesu Generalis, & Antonius Araozius eiusdem Ordinis Confessorius, postquam cum ea egissent, eiusque spiritum examinassent, eum singulari & admirabili quodam cum elogio approbarunt, dicentes, quod, tamen si in multis alijs personis multas eadem demonis illusiones experimento vidissent, quo ad res tamen S. Matris Teresa de Iesu plane certi & securi essent, eaque non aliter quam à liberali Domini manu data & profecta amplitererunt. Atque hoc esse, quod ipse nouit, nec non alia multa ad eius perfectionem, vitam sanctam, & eminentem orationis genus spectantia. Quo, inquit, intellexi, & saepius referentes audiui P. Gasparem de Salazar, & P. Balthasarem Aluarium, Societatis Iesu Sacerdotes, qui multis cum ipsa amnis communicarunt. Et siquidem opus foret, multas referre possem reuelationes, & quidem approbatas, quas S. Mater Teresa de Iesu insignis, & simplicissimum aliorum plurimorum cum profectu habuit, quae non sunt in librum, quem de vita illius quam accuratissime & fidelissime Pater & Doctor Franciscus de Ribera scripsit, relata. Et hanc materiam prosequens, paulò inferius haec addit: Reperi in ipsa magnam & admirabilem quandam prudentiam, simul tamen & Christianam quandam simplicitatem; animum generosum eumque excellenti humilitate succinctum, ad haec simplicem in rebus difficillimis erga superiores obedientiam. In actibus charitatis aliarumque virtutum mirè splendebat & ipsa, & eos quibus se urgebat ad similes virtutum actus inflammabat & emouebat. Praeterea mortificationem, & vitae austeritatem cum primis sectabatur, ad hoc pergratum illerat, quod superiores & Confessarij grauius, laboriosa, sensualitatisque displicentia ei iniungerent. Quin imò in multis persecutionibus quas passa est (vixit illa quam passa est Hispani) animum praeferebat inuincibilem virilem & constansem, magnam quoque atque admirabilem patientiam, & in Deo fiduciam. Conscientiam*

S.

Theresia

Opera

N. V.

186



scientiam ab omni vitio & imperfectione purissimam conseruabat, magna quadam cum animi pace & quiete coniunctam, quam ei Dominus concedebat. Quam imo, cum ex ipsa, tum è Patre Martino Gutierrezio Rectore Societatis Iesu Salmanticae didici, dono prophetia illam à Deo donatam fuisse.

Pater **ÆGIDIUS GONSALVIVS**, Castellanae Prouinciæ Prouincialis & uisitor, Societatis Iesu, magnique in ea nominis, multisque virtutum ornamentis conspicuus, duodecim & amplius annis S. Matris Teresæ de Iesu confessionem excepit, familiariterq; cum eadem tractauit, cui ipsa vicissim res ad spiritum spectantes, reuelationes & visiones, quas suum in librum retulit, aperuit, & tandem de eius sanctitate testimonium ferens sic loquitur. Fuit Mater Teresæ de Iesu magni spiritus mulier, & cum Domino Iesu Christo familiariter admodum est conuersata: in qua sublimissimam & altissimam quamdam orationem, continuam cum Domino presentiam simul & magnam quamdam erga ea qua humilitatis sunt p'opensionem aduerit: itaque per multas fuere visiones & reuelationes quas à Domino accepit. Et post paulò: Perspexi, maximis illam virtutibus dotatam fuisse, atque imprimis spe quadam singulari: numquam enim eam de re vlla quam aggrediebatur & executioni mandare volebat, anxiam aut dubitantem vidi. Semper enim in Deo confidebat, idque per media quibus numquam ea ad exitum deducenda putabatur, maximasque difficultates perfringendo, quidquid perficere decreuerat, exitum sortiebatur.

Addam his alia id genus testimonia. Vnum est alterius cuiusdam P. Prouincialis, eiusdem ordinis, non minus prudentis, & docti, quam fuit superior ille, Patris inquam **BARTHOLOMÆI PERESII** qui plusquam decennio cum S. Matre communicauit, itaque de eadem testatur. Mater Teresæ de Iesu magni spiritus & orationis mulier fuit: quotiescumque enim cum illa egi, semper eam de rebus spiritualibus magno cum spiritu, Zeloque religionis, & animarum bono loquentem audire, è quo colligere est, illam Dominum suum in memoria quam presentissimum habuisse. De eo autem tanto loquebatur cum seruire & sensu, vt vere se summo Dei ac proximi amore esultare ostenderet, vt, quoties cum ipsa agebam, ipsamque loquentem audiebam, ita edificatus manerem, & ad Deo seruendum animatus, vt non sine ratione & tum mihi visum sit, & modo etiam videatur, illam vt sanctam habendam ac suscipiendam esse. Atque idem fuisse audio iudicium omnium eorum qui cum ipsa agebant, nemini enim non mirum sanctitatis odorem afflabat. Multi viri doctrine, spiritu & vita sanctitate conspicui illius spiritum approbarunt. Et quacumque sanctam Matrem ipse tractantem negotia vidi, tanta eadem luce & cognitione ab illa notari tractari, vt magnam illam rerum notitiam & facilitatem effectum quemdam esse censerem continua illius communicationis & orationis, quam cum Domino habebat. Quod & ab alijs qui eandem explorarunt, ponderari & notari obseruauit. Et infra: B conuersatione & communicatione, quam cum Sancta Matre habui, cognoui eo quidem modo quo cognosci potest, eam in gradu heroico fide, spe,

fide spe, caritate dotata fuisse, & in particulari ingenti quodam Dei & illius gloria & salute animarum amore, nec non virili quadam constantia ac generositate, in ijs quæ ad Dominum nostrum Iesum Christum obsequia spectabant, iam captis, prosequendus, nullasque perfectiones aut hominum obloquia curaret. Speciatim vero audiui quædam illius apud aliquos Religiosos, qui ipsam visitationis causa adierant, colloquia de ingenti fidei Zele, cuius potissimum intuitu sua monasteria fundare cepit, Perस्पexi quoque, dictam Matricos omnigenis virtutibus, & quidem in summo perfectionis gradu, dotata fuisse. Hactenus illius verba.

Pater & Magister HIERONYMVS de RIPALDA, Societatis Iesu, cum Salmanticensis Collegij Rectorem ageret, ac prius cura Abulæ moraretur, quadriennij spatio Beatam Matrem Teresam de Iesu tractavit, eiusque confessiones excepit, qui quid de illius sanctitate sentiret, sic respondit: Mater Teresa de Iesu magni spiritus mulier fuit, sublimæque orationis genus habuit, cuius adminiculo, Dominus multa quæ ad suum obsequium spectabant, ipsi communicavit, quæ ipsa deum mecum diuersis temporibus contulit, atque inde magnâ de alta eius oratione, & ea quam ei Deus communicabat, lucè opinionem cœcepi. Egit illa cum doctissimis & gratissimis, quos tunc temporis hac provincia habuit, Societatis nostræ viris, ut fuerit Doctor Araozius Commissarius Patris Generalis, P. Lucretius Martinus Gutierrez, Collegij Salmantini Rector, P. Balthasar Aluarius, qui in Tolerane huius provincie provincialatu decessit, & quo, omnium dictæ Societatis Religiosorum iudicio nullus erat in rebus spiritus tractandis, eisque cognoscendis versatior ac peritior, atque i. deo rerum spiritualium præfectum propè semper agebat, ac prædicta Mater Teresa de Iesu sexennio toto confessarius fuit, qui etiam de illius spiritu & rebus cum P. Francisco de Borgia contulit Omnes porro illi, quos dixi, Patres ipsum M. Teresam de Iesu spiritum approbarunt & commendarunt. Et inferius paulo: Mater Teresa de Iesu insigni fide, spe & charitate dotata fuit: nominatim vero in ipsa exactâ & extraordinariam erga Confessarios suos obedientiam, in omnibus quæ ei mandabant, nec non singularem quamdam in Domino, aduersus omnigenas quæ occurrebant difficultates, fiduciam, quin & insignem Dei & sui ipsius timorem, quod semper rebus suis diffideret ac timeret: quin etiam excellentem quamdam humilitatem, quæ sua & spiritum suum cum viris apprimè doctis, & spiritualibus conferebat, deniq; exemplarem patientiam, quæ omnes, quæ sibi irrogabantur, iniurias, æquissimo animo perferbat, obseruauit.

Alius eiusdem Societatis Pater, cui nomen IOANNES AGUILA, qui sanctæ Matris confessarius fuit, eamque tractavit, idem penè dicit, & addit, se, præter ea quæ in sancta Matre perspexit, tres virtutes Theologicas in summo quodam gradu & maximo incremento notasse, & per lucem, illam, quam ei Dominus in oratione communicabat, summam quamdam fidei nostræ mysteriorum noticiam, & sacræ scripturæ intelligentiam in eadem obseruasse; esto enim indocta esset mulier, ta-

S. Matris Teresa Opera

f

men

S.

Theresia

Opera

N. V.

16

men multa eiusdem loca in sensu Catholico & certo, iuxta sanctorum doctorum spiritum & mentem intelligebat; deque Deo tam sublimiter & altè sentiebat, ut ad oculum pateret, quàm ipsa illi familiaris esset: atque inde meo iudicio, magna illa in rebus agendis & cunctis operationibus suis circumspectio & prudentia proveniebat.

Finem non inuenirem, si omnes Societatis Iesu, qui ipsam nouere, confessi sunt, & magna cum prudentia & cautela spiritum illius approbarunt, Patres recensere vellem. Inter quos non postremus fuit P. MARTINVS GVTIERRIVS, Salmantini Collegij Rector, vir doctus & concionator egregius, magniq; spiritus & orationis. Dein P. SALAZAR Rector collegij Conchenfis, qui, uti P. Henriquez suo in elogio prodidit, multa & præclara de S. Matris sanctitate retulit, cumque Abulæ Rectorem ageret, mirificè eam adiuuit, & fauorem præstitit. Tum verò P. SANTANDER Segobienfis Collegij Rector, necnon Doctor PAVLVS FERNANDIVS Inquisitionis Toletanæ assessor & Confessor, qui de ea dicere solebat. *Magna est Mater Teresa de IESV quoad*

*\* Est phras  
hispana,  
qua omni-  
modam per-  
fectionem  
notant.*

*\* regulas infernas; multo verò maior quoad supernas. Cū omnibus hisce patribus, doctis æquè ac grauibus, occasione foundationum suarum, sancta Mater communicauit; qui omnes idem profus de eiusdem sanctitate, virtute & spiritu tulere iudicium.*

Quin & alijs non paucis S. Mater confessa est, quorum nonnullorum, quid de ipsius perfectione & sanctitate fenserint, testimonia hic depromam.

Licentiatus GASPAR de VILLANOVA, multa vitæ eruditionis & Malagonensis opidi Vicarius, Sanctæ Matri, ibidem dum ageret, aliquot mensibus à Confessionibus foit, hocque de illa testimonium dat: *Mater Teresa, de IESV maximi spiritus fuit mulier, nec non excellentis cuiusdam cum Deo conuersationis, & que suis ipsius ac commodorum suorum oblita, in omnibus honorem Dei & gloriam quaesivit, adhuc fide, spe & charitate in heroico & sublimi quodam gradu dotata fuit. Humillima adhuc, & cum primis obediens, summaque castitatis, & in alijs virtutibus mirum in modum prouecta: omni enim tempore quo cum ipsa egi, illique à confessionibus sui, tantam vitæ puritatem prætulit, numquam ut aliquid tum opere, tum verbo in ipsa vidisse me meminerim, quod reprehensionem mereretur; sed non nisi omnia maxima adificationis & exempli: adeò quidem, ut inter eas raritates & singularia quæ Deus in terra habebat, ob quæ in ipsa ab hominibus glorificaretur, vnum mihi fuisse ipsa videatur.*

Magister CHRISTOPHORVS COLONIVS, Archiepiscopatus Valentini Visitator generalis, sæpè Sanctæ Matris Teresæ de Iesu confessiones

fectiones excepit, cum ipsa communicavit, & familiariter egit: atque in informatione quae Valentiae facta est, ait haec verba: Ego censeo Matrem Teresiam de Iesu fuisse unam e maximè singularis spiritus mulieribus, quas unquam in terra vidi, esto cum alijs plurimis, varijs in vrribus & provincijs, tractauerim. Etenim orationis adminiculo praclarissima quaedam à Domino obtrinit. habuit autem imprimis viam spirituum notitiam & discretionem, qua fiebat, vt, tametsi cum varijs status & conditionis hominibus ageretur, quoddam tamen vnus cuius spiritui quadrabat, eique conueniebat, & in status sui ordine ac discursu postea ei euenturum erat, apertissime detegeret & attingeret. Et infra: Excellentem habuit fidem, spem, caritatem; adeo quidem, nihil vt timeret, aut animum contraheret, quantumlibet ei omne humanum remedium & auxilium deesset; vnde etiam dicere solebat: Habeamus legem ei qui sine deo non potest legi. Si quis vel solam deorsum eam intuitus esset, respondere videatur ipsa interius ad ea qua mens scire desiderabat; adeo vt, si quod quis dubium habebat, eam necesse non esset interrogare, ipsam vt resolveret. Et addit deinde: Illius humilitas erat sincera & candida; cui similem in nulla pura creatura, quantumlibet ipse toto vita mea cursu tractaui, perspexi. vnde etiam omnem fauorem & laudem humanam, & quidquid huc spectare videbatur, fugiebat. Illius circumspectio casta & honesta tam erat magna, vt hoc ipsa à Domino consecuta donum videretur, vt, quotquot eam intuebantur, nesciam quam in ipsa honestatem afficeret, adeo vt impossibile videretur, aliquem in ordinato quodam in ipsam amore ferri. Omnes quos hactenus retuli, sanctae Matris Confessorij tuere.

§. 3.

TESTIMONIUM VIRORUM SANCTORUM, QUI SANCTAE MATRIS vitam & libros iudicio suo approbarunt.

LIcet omnes, quos diximus hactenus, multarum virtutum & sanctitatis eximia viri sint; iam tamen referre & depromere volo eos, qui admirabili & nota sanctitate floruerunt, & quod horum de sancta matre fuit iudicium, paucis perstringere: qui enim ea quae Dei sunt, verè & de facto gustarunt & experti sunt, mediante dono sapientiae, magna cum certitudine de sensibus & effectibus, qui e spiritu diuino nati sunt, iudicant. Sicut is qui bonum habet gustum, & palatum vino delicatissimo iam assuetum, si, quis ei acetum, aut aliud crudum, vel factitium vinum porrigat, statim per gustus experientiam multo clariùs percipit vini differentiam, quam is qui solo visu, odore, vel gustum deprauatum habens, ipsum velle discernere. Multi ergo

f 3

viri

S.

Theresia

Opera

N. V.

186

viri spirituales, qui multa haud dubiè à Domino acceperant similia ijs, quæ & in Sancta Matre ipse operabatur, spiritum eius approbarent.

Inter hos fuit Primo, Sanctus Pater ac frater **LVD OVICVS BERTRANDVS**, cuius sanctitas tam in Hispania, quam extra illam notissima est, quamque satis colligere ex eo est, vt nihil de miraculis eius dicam; quòd à Romana sede in sanctorum Confessorum numerum relatus sit. Sanctus ergo hic vir, non sine diuina reuelatione, sanctæ huius mulieris vitam ac virtutes, nec non propositum eius, quo nouam Ordinis sui reformationem facere decreuerat, permagni fecit, eamque ad hoc ipsum perficiendum, quòd ad diuinam gloriam vsque aded id faceret, scripta epistola Domini ex parte animauit, cuius hæc sũt verba. *Tuas, ò Mater Teresa, litteras recepi; & quoniã res, super qua meum petis iudicium, aded ad Domini obsequium facit, ideo tenebis orationibus ac sacrificiis meis Domino ipsam volui commendare, atque hæc est causa quòd tibi respondere hæcenus distulerim (distulerat autem ad tres quatuorue menses.)* Iam ergo Dei eiusdem nomine tibi dico, vt ad tam egregium & grande opus peragendum animam induas: ipse enim que te adiuuabit, ac fauore suo prosequetur; eiusque nomine te certiores facio & dico, quinquaginta non elapsuros annos, quin religio tua vna ex illustrissimis, quas Dei Ecclesia habet, religionibus sit futura, qui te custodiat, &c. *Valentia.*

**P. Magister IOANNES AVILA**, habitus nostris temporibus vir vero Euangelicus, & quo fideliozem ac zelosiozem iam abhinc multis sæculis Ecclesia Dei ministrum non habuit, cuiusque virtutes & vita tam fuere singulares, vt P. Ludouicus Granatensis singulari eam libro describere graue sibi non duxerit. Vt ergo Sanctus hic vir spiritum ac reuelationes S. Matris examinare posset, ipsam Confessorum suorum iussu suam scripto vitam committere oportuit. Quod ipse enucleate & admodum per otium fecit; addita epistola, in qua aliquot rationibus sanctæ matris reuelationes & spiritum probauit. Imò vero Religiosissimus P. F. Ludouicus Granatensis, sancti illius viri vitam dum scribit, inter alia euidentia, quibus illum spirituum discernendorum spiritum habuisse probat, testimonia hoc vt singulare producit, quòd nimirum in S. Matris Teresæ spiritu examinando & approbando scopum optimè tetigerit, nec aberrarit. Hæc autem eius sunt verba: *Contigit quogue, vt insignis quadam Religiosa, cui nomen Teresa de Iesu, nostra hac ætate notissima (etsi initio à multis qui eius spiritum ignorabant, persecutionem pateretur) cum se ad aliquibus aded preni & exagitari cerneret, quorundam S. Inquisitionis officialium consilio sua suque, ad Patrem Auilam, ob magnam illius in rebus spiritualibus peritiam & experientiam recursum haberet, eiq; totius viæ suæ rationem redderet: qui cum*  
spondit,

quid rē esset satis intellexisset, eiusque spiritum perdidicisset, in epistola quadam ei respondit, non esse quod se amplius inquietaret, at certa & secura esset nullam in rebus suis illusionem subesse, quod omnia à Deo proficerentur & eo auctore ferent. Quo testimonio, & ipse Ludouicus Granatenſis S. Matris Teresæ de Iesu sanctitatem confirmat, eiusque spiritum approbat.

P. F. PETRVS de ALCANTARA, magni vir spiritus, multæque orationis, quique sua industria & labore Patrum Franciscanorū Discalceatorum Ordinem reformauit, & pristinum in statum reduxit, fuit inter eos qui singulari quadam ratione cum Sancta Matre tractarunt, & in quo vicissim ipsa insignem spiritum & vitæ sanctitatem perspexit, non postremus. Ipse quoque fuit, qui præ cæteris Sanctam Matrem (vix ipsa sua in vita scripsit) securam reddidit, eam Aluarij Mendosij Episcopi Abulensis ad notitiam perduxit, quiq; auctoritate & bono quod apud eum habebat, nomine, tantū apud Episcopū poruit, vt ipse eum ad facultatem primi monasterij fundandi, concedendam permouerit. Quod verò magis; tanta apud Abulenses omnes P. F. Petri de Alcantara erat auctoritas, tamque bene de eo opinabantur vniuersi, vt, cum in principio, dum primum tantas S. Matri Dominas gratias conferre incipiebat, multi de illius Confessarijs, litterati alioqui & graues viri, spiritum Dei eum esse negarent; vt contrarium postea de ea crederent sola Patris huius auctoritas suffecerit, eosque ipse mentem & opinionem priorem mutare coegerit. Imo vero, sanctus hic vir dicere solebat, inter eas animas quæ tunc temporis maiore in mundo sanctitate florebant, sanctam Matrem Teresam de Iesu referendam videri, & primam penè existere; atque aded, vna excepta fide, nihil sibi esse certius ac manifestius, quam spiritum illius à Deo esse & proficisci. Vnde etiam illi suis in laboribus, difficultatibus, & foundationibus insigni adiumento fuit. Hi duo, quos dixi, viri tam sublimis sunt spiritus, tamque admirabilis sanctitatis, & eas habuere virtutes, vitæque tam fuere conspicui, vt in sanctorum vt referantur numerum, digni sint. Primi vitam scripsit P. F. Ludouicus Granatenſis; alterius verò, Petri inquam de Alcantara, ipsa sancta Mater, vitæ suæ cap. 27. vbi paucis verbis plurimas heroicæ eius virtutes perstringit.

In hunc virorum spirituum, & insignium Dei seruorum numerum referre possumus P. FRANCISCVM de BORGIA Societatis Iesu Generalem, & sanctimonia vitæ in primis conspicuum, nec non P. Balthasarem Aluarium ( quorum iam supra obiter mentionem fecimus.) Hi, quæ nam sanctitatis pignora Dominus in B. M. Teresæ de Iesu posuisset, satis superque & viderunt, & testati sunt. Atque in primis P. Franciscus de Borgia ita erga eam affectus mansit,

f i

itaque

S.

Theresia

Opera

N. M.

156

itaque eius spiritus illi satisfecit & placuit, vt de illa nunquam nisi quā honorificentissimē & magna cum laude loqueretur; &, postquam semel cum illa egit, semper exinde illi litteras miserit, ne tam sanctæ femina communicationem amitteret. Porro P. Balthasar Aluarius vir singulari datus spiritu, multæque orationis quique Toletanæ provincie Prouincialis fuit; ad multos annos ei contenti aures dedit, multisque eam mortificationibus exercuit, & alia, ad eius spiritus periculum faciendum nonnulla tentamina præmisit: quibus spiritus ipsius puritatem sinceritatemque indies magis & magis perspiciebat; idque cum insigni ipsiusmet profectu & admiratione, singularia quædam dona in ipsa agnoscendo.

Inter huiusmodi viros numerabo quoque P. RODERICVM ALVARIVM, heroicarum & illustrium virtutum elogijs præstantem virum, qui S. Matris spiritum (vt iam supra P. & Doctor Henricus Henriquez testatus est) & examinauit & probauit. De qua re particulare quoddam testimonium dat Licentiatuſ Ferdinandus de Mata, Hispanensium prædicator, & vir cum primis Spiritualis, qui suo in elogio, postquam idem quod alij de illius spiritu testatus esset, addit: *Audiui P. Rodericum Aluarium Societatis Iesu, qui S. Matris Teresæ de Iesu confessarium egit dum ipsa Hispani habitaret, spiritum illius laudantem & approbantem quasi admodum certum quod ille pater iudicium de illa tulit, postquam eam accurate explorasset, & Dominum in oratione rogasset lucem sibi & notitiam daret, ad rei veritatem intelligendam. Porro P. Rodericus Aluarius habitus est pro viro, cui Dominus spirituum discernendorum donum dederat; vnde & huiusmodi in rebus S. Inquisitionis assessores eum nonnumquam consulabant; semper quoque eum vt virtutis ac religionis exemplar, ac magni spiritus virum tum domesticum, tum externi suspexere, quem nonnumquam audiui dicentem, Dominum S. Matri multa ad suum obsequium spectantia, per orationem communicasse, qua in libris qui de illius vita perscripti sunt, nec non in alijs chartis manu scriptis ipse legi. Quin & hunc ipsum P. Rodericum Aluarium qui generalem illius confessionem exceperat, audiui dicentem, ipsam particulare quoddam castitatis donum habuisse, tamque ipsam in virginitate integram & corpore intactam fuisse, ac S. Catharina Senensis & quendam perspicilliorum thecam producens, dixit: Quemadmodum impossibile est, vt aliquas theca hæc cogitationes habeat, aut sensum carnis; ita & illi impossibile id erat, idque ob particulare castitatis & puritatis, quod à Deo acceperat, donum. Hanc Pater iste, terum spiritus adeo peritus, & zelosus Dei famulus, approbationem & censuram tum demum de ea tulit, postquam multa ieiunia, orationes & alia plurima examina hanc ob causam præmisisset. Cumque quadam die in collegij sui choro in oratione ageret, Dominus ei è varijs sacræ scripturæ locis declarauit,*

cum

eam quem B. Mater habebat, esse spiritum bonum, & à sua manu profectum: unde ex illo tempore passim omnibus euulgare ipse cepit, spiritum illum à Deo & celo venisse, quin etiam Prouincialem suam, qui tum erat P. Didacus de Acofta, & de hac re quoq; dubitabat, reuelationis, quæ sibi in oratione declarata erat, certiores reddidit. Prouincialis porro Sancti huius Patris adeo rerum spiritualium periti & spiritualis, testimonio & informatione motus, illico dubitationem suam deposuit, & tam rectè de sancta Matre sensit, idem de illa testimonium tulit, atque ita quoad eius spiritum securus fuit, ac reliqui omnes quos diximus hactenus.

Hanc quoque in numerum hic referam P. IULIANVM de AVILA, maiorem Discalceatarum Abulensium Sacellanum, vitam vitæ exemplaris & plurimorum virtutum, quem etiam vt talem omnes ciues Abulenses habuere. quod satis illius in morte patuit, quando eius iam defuncti corpus & reliquias quilibet, vt sancti alicuius, coluere & venerari sunt; vti & vere erat. Fuit sanctus hic vir, perpetuus sanctæ Matris comes & socius, ac viginri annorum spatio cum ipsa egit, & per omnes eius fundationes vna cum ea profectus est: cumque admirabiles eius virtutes assidua frequentatione & vtu perspexisset, quemdam de ijs quæ vidit, & reipsa expertus est, & quoad sanctitatem eius annotauit atque intellexit, sua ipse manu librum conscripsit. Ex illius porro testimonio quod de S. Matris Canonizatione ipse tulit (amplum sanè id est ac diffusum) breues hæc qua sequuntur sententias deprompsi: Ego inquit, circiter viginri annos, plus aut minus Sanctam Matrem frequentavi, cum ea sum conuersatus: ei confitebamur aures dedi, & sæpius cum ea commundaui, quin & omnibus fundationibus qua ei occurrerunt, vsque dum Dominus eam ex hac vita sustulit, presens interfui, eam sum comitatus, eique serui. Habuit ipsa fidem admodum viuam, & spontanea claram & raram, atque alios sanctos habuisse constat, & charitatem ad eò feruentem, vt eam nec labores, nec contradictiones, nec obloquia, nec exiguus hominum erga ipsam affectus & auxilium, neque alia res vlla quas minus quam longum foret referre, in charitate & amore erga Deum, quem in omnibus declarabat, frigescere faceret. adeo, vt non sine ratione dicere posset illud Apostoli: Quis nos separabit à charitate & amore IESU CHRISTI? Ego velut testis oculatus, dico, nihil aut aduersi, aut prosperi, nihil quod ad facultates, honorem, aut vitam pertineret, neque demum aliud quid, satis fuisse, vt ab iis quas ceperat fundationibus persciendis desisteret, velut securus esset & certa, Deum sibi minime defuturum. Et paulo inferius:  
In rebus

S.  
Theresia

Opera

N. V.

166



In rebus supernaturalibus quas in ea Deus faciebat, & in ope quam illi in foundationibus prestabat, longe superabat gratias illas, quas multis sanctis antiquis Deus prestavit, cum tam mirabilia & obstupenda illius opera Deus faceret. Et alio in loco: Nemo negare poterit aut dicere audebit, quin Dominus in Matris Teresa de Iesu rebus ita se eminentè prestiterit, atque se in maximè insignibus & prestancissimis quos Ecclesia Dei habet, sanctis alias prestiterit, & singularem ostendit. Ego velut testis oculus dicere audeo, eam res adeo supernaturales habuisse atque maxime à Deo amati sancti habuere. Vi plerumque namque quotidie sanctissimum Eucharistia Sacramentum ei dabam, & plerumque post ipsum sumptum, raptum patiebatur. quo etiam tempore tot & tam singulares & eminentes, ei gratias faciebat, vt quamvis ipsamet multa quoad hoc scripserit, tamen non nisi minimam eorum partem scripserit, respectu eorum qua circa res supernaturales Dominus ei dabat intelligere. Vnde inter hac tam sublimia, qua eam Deus sentire faciebat, dabat & alia quadam, qua dici & aperiri poterant: qua sunt illa, qua ipsamet scripto commisit, & quidem tam verè vt illo viginti annorum quo cum ipsa egi spatio, numquam eam aduerterim aut intellexerim, vllum peccatum veniale scienter & volenter fecisse. Et hoc mihi de ipsa constat, numquam ipsam vllum facturam fuisse, esto quidquid in mudo est, per hoc lucrari potuisset. Scio præterea, tantam & tam continuam illius orationem fuisse, Deique presentiam, vt, quod illa ferre posset, per aliquot externa negotia, qua ad monasteriorum suorum regimen & augmentum spectabant, diueri & occupari eam oporteret. Ordinarium quoque illi fuisse, cum Deo de suis rebus communicare & colloqui, & Deum vicissim illi loqui, & multa qua ad foundationes monasteriorum spectarent, maiori ei cum familiaritate aperire, quam de multis sanctis legimus. Et hoc plerumque fiebat, post sumptam sacram communionem.

Volo quoque hic commemorare Episcopos, & alios Prælatos graues Hispaniæ, æquè ac doctos, qui postquam cum Matre Teresa de Iesu egissent, idem de illa viuente dedere iudicium, quod vniuersa Ecclesia de illa iam mortua. Primus fuit Theutonius de Berganza Archiepiscopus Eborensis, qui magnam cum S. Matre familiaritatem & notitiam habuit, ac idem se ideo felicissimum reputabat, quod eam in hac vita nouisset, & ipsa etiamnum viuente, nec procurante, in Lusitania edi in lucem curauit librum *Viam perfectionis* appellatum, quem in Monialium suarum vsum sancta Mater dumtaxat conscripserat.

Secundus fuit Doctor Velasclus, ex Canonico Toletano Episcopus Osmensis, ac deinde Compostellanus Archiepiscopus. Canonicum is cum ageret, expresso Domini iussu cum Sancta Mater in suum Confessarium delegit, & ipse postquam eam frequentasset, eiusque confessiones excepisset, tantam erga ipsam deuotionem & affectum concepit, tamque præclare de heroicis ipsius virtutibus sensit, vt cum Osmensis Episcopus esset, ipsam euocarit, vt Sorici Episcopatus sui in opido monaste-

asterium constitueret. primò eam illuc profectam in domum suam recepit; dum verò exciperet, genu flexo eam excepit. Tanta scilicet in sanctam veneratione ferebatur. Quo illa honore ita erubuit, atque vniquam aliàs in vita erubuerat.

Aluarus Mendosius, Episcopus Palentinus, Beatam Matrem vt sanctam suspiciebat, & vt talia omnia quæ ad ipsam spectabant, reputabat: & licet in principio illius foundationibus aliquod obicere vellet impedimentum, ita tamen postea quoad spiritum Dei qui in sancta Matre commorabatur, securus & confirmatus mansit, vt exinde, numquam se de re vlla, quantumuis impossibilis ea videretur, dubitasse dixerit, dummodò B. Mater eam possibilem ac futuram diceret. Cumq; in principio omnes occlarent ac dicerent, stultitiam esse, mulierem rem tam arduam, vti erat noua ordinis cuiusdam reformatio, ordiri & suscipere velle; ipse verò è rerum successu videret ad oculum, quàm ipsi malè sentirent, dicere solebat: *Sanè nos stulti & fatui sumus, ipsa verò & sapit, & sancta est.* Vnde etiam summus B. Matris amicus existit, ipsamq; vti & religionem eius, quibuscumque poruit modis, tam in exordio quàm omni eo quo vixit tempore, egregiè iuuit ac protexit.

Archiepiscopus Hispalensis Christophorus Roxas illius intimus ac familiarissimus existit; atq; ideo & indefessus Religionis illius patronus & protector.

Archiepiscopus verò Burgenis Christophorus Bela (qui Discalceatarum conuentus Burgis erigendi, quem S. Mater ibidem fundauit, foundationi antè totis viribus obstiterat) tam præclaram de ipsa postea opinionem concepit, vt in quadam quam in hoc ipso conuentu deinde habuit concione, magna cum animi tenacitate, & penè cum lacrymis, multis S. Matrem laudibus cumularit, seipsum accusans & castigans, quòd in illi ad hoc nœntia danda tam difficilem & tardum se præbuisset.

Didacus Couarruias Episcopus Segobienis, & Castellæ supremus Præses, & inter viros doctissimos, quos ea prouincia habuit, facile princeps, maximo S. Matrem honore affectit, & optimè præclareque de illius sanctitate sensit: quam etiam cognato suo Ioanni Oroscio de Couarruias Episcopo Guadixensi afflauit, quemadmodum videre est è libro, quem is de vera & falsa prophetia conscripsit. Quin etiam non ita pridem sunt, quatuor Episcopi, qui Sanctæ Matris Teresæ confessorij fuere; Doctor Manlius, Episcopus Calaguritæ; Doctor Sierra, Palentinus; & Doctor Castrius, Segobienis; qui omnes, prout par est, virtutum, quas in Sancta Matre vni didicerunt, & mani-

S. Matris Teresæ Opera.

2

& mani-

S.  
Theresia

Opera

N. VI

186

& manibus propè palparunt, excellentiam & sanctitatem mirè deprecant. Quarrus denique Didacus de Yopez, Episcopus Turiasonenfis, Catholicæ Maiestati Philippi II. Hispaniarum Regis à Confessionibus, qui etiam ingens de illius vita, gestis, sanctimonia, virtutibus, & miraculis volumen conscripsit, & quibuscumque modis potuit, Religiosos & Religiosas illius adiuuit ac protexit.

Inter viros Ecclesiasticos & Religiosos referre quoque possumus Ferdinandum de Tolero, Ducis Albani filium, Magnum Ordinis S. Iohannis Priorem: qui quod S. Matrem in viuis agentem vidit, & cum ea versatus est, profundam eius humilitatem, admirabilem sanctitatem & virtutes statim perspexit. Etiam inde ab eo tempore quo eam frequentare coepit, eam vt sanctam in celo agentem, & dignam quæ etiam in terra, publicè Romanæ Sedis approbatione, vt talis coleretur, suspicere incepit. Vnde etiam, quo insigne aliquod Deo obsequium præstaret, & ostendere volens quo in sanctâ Matrem aspectu ferretur, cum ex hac vita decessit (triennio videlicet aut quadriennio post S. Matris mortem) quatuordecim aureorum millia testamento legauit, qui in annuos redditus assignarètur, vsque dum de ipsa canonizanda ageretur, ac tum illi in sumptus Canonizationis impenderentur. Quin & aliam facultatum suarum partem conuentui, in opido Consegano, Monialibus Discalceatis fundando dedicauit: atque hæc omnia in Dei honorem & Sanctæ Matris venerationem is præstitit.

Quamuis verò eam in vita non nouerint, mortuâ tamen eam vt sanctam & Canonizatione dignam, idq; actis & testimonijs publicis, multi graues in Hispania viri celsuerunt. Inter alios, Dominus Patriarcha & Archiepiscopus Valentinus, Iohannes de Ribera cum in fundatione, cuiusdam Collegij quod instituit, notabiles duplices portiones & collationes legasset, quibusdam per annum festiuitatibus, & diebus quibus nonnullorum expressim Sanctorum memoria agitur, percipiendas; inter sanctos hos etiâ refert B. Matrem Teresam de Iesu, vt etiam Canonizata illo modo quo ceteris celebritas institueretur, quasi iâ tû illius Canonizationem, quia tum quidem nemo de ea dubitabat, vt certâ haberet.

Laurentius Oraduuius Abulensis Episcopus, vir doctissimus, & egregiè pius, decem aureorû millia dedit, è quibus Abulæ Discalceatis Fratribus monasterium construeretur, & in pactis cõuentis, quæ cum Ordine instituit, inter cetera, hæc fundationem tum ad Dei opt. max. tum ad Beatæ Matris Teresæ de Iesu honorem & gloriam fieri ait. Neq; verò mirum est, ipsam ab illo Beatam appellari, cum sæpius repetat & inculcet, Sanctam Matrem de Iesu non minus apud se & in mente sua Canonizaram esse, quam ipsam S. Catharinam Senensem. Nam quòd

esset eius loci, in quo S. Mater & nata & educata esset, Episcopum ageret, illius excellentes virtutes & sanctitatem optime perspicias habebat.

Omnes ergo quos hactenus commemorauimus viri, nec non alij plures quos studio omittimus, tam graues, tam sancti, & docti, tantęque dignitatis & auctoritatis, cum S. Matrem Teresam de Iesu cognouissent, eamque frequentassent, sanctitatem illius ad vnum omnes approbarunt. Nescio verò, quod maius aut amplius excogitari (hac quidem in parte) de quopiam sancto testimonium queat, aut quod exactius Ecclesia examen aut explorationem instituere, excepta illa approbatione quę vel à Generali Concilio aut Sede Apostolica proficiscitur, quod adeo sit sufficiens & efficax, atque hoc quod de sancta Matre factum est: cum tot Archiepiscopi, Episcopi, Prouinciales, Religionum Superiores, Magistri & Doctores S. Theologię, viri spirituales a quę ac sancti, quibuscumque viis & modis, multo mulieris huius Sanctę spiritum tempore examinarint.

Illorum viro numerus, qualitates, elogia, officia, dignitates nimis quam sufficientia sunt, non ad vnum dumtaxat, sed ad multa prouincialia Concilia dignè instituenda; eis vt nec caput, nec membra, nec doctrina, nec virtus, nec numerus, nec alię partes, ad ipsum necessarię, decissent.

Personarum secularium, quę sanctam Matrem cognouerunt, & magni fecerunt, mentionem hic facere nolo; quod æquo longiorem ac prolixorem prologum hunc facerem: vnum dumtaxat hic referam, qui instar sit omnium quos asserre possem, Philippum inquam secundum Hispaniarum Regem, cui sancta Mater dum viueret, litteras scripsit, & aliquarum rerum certiore fecit, nec non alia quadam ab eo in gratiam Ordinis sui postulauit, quę ipse ei magna cum liberalitate concessit. Atque adeo, litteris & opinione, quam de ipsa conceperat, motus, particularis Religionis illius pater fuit & protector. Vti & Imperatrix Maria, nec non ipsa Princeps Ioanna: cuius petitione & instantia, Madrito S. Mater pertransiit, apud Discalceatas hospitata. Non minor fuit erga eam affectus & deuotio Christianissimi Regis Francię, qui ad postulationem & preces cognatę suę Ducissę de Longa villa, & præsertim ob deuotionem & affectum erga sanctam Matrem, à summo Pontifice Clemente octauo aliquot ordinis quem ipsa fundauit, moniales postulauit, cui etiam suę sanctitatis iussu, P. Generalis Moniales misit, & certe anni spatio, sub protectione & tutela Regis Christianissimi, quatuor primaria in Francia fundata sunt monasteria, & quotidie semper noua ab alijs ciuitatibus expetuntur.

Testimo

S.

Theresia

Opera

N. V.

186

SANCTA verò Matre iam demortua, omnes qui ea tempestate in Hispania florere viri graues iuxta ac docti, sancto & pio quodam zelo moti, calamus in manus sumpserunt, ad vitam illius conscribendam. Primus, qui laborem hunc suscepit, fuit Doctus & Pater Franciscus de Ribera Societatis Iesu (vbi iam supra significauimus) qui non multis post eius mortem annis, multa in vnum volumen coniunxit, quæ tum ipse, tum alij de Sancta Matre nouerant. Et illo ipso tempore P. F. Magister Dominicus Bannesius Dominicano ex Ordine & Primarius Theologicæ facultatis Salmanticæ Professor cuius etiam iam superius mentionem fecimus, idem omnino facere decreuit, velut testis oculatus & tot per annos S. Matris Confessarius; sed graues & plurimæ quas habuit occupationes pia hæc desideria ne exqueretur, impedimento fuere.

Quod verò quotidie hominum de S. Matris sanctitate opinio & æstimatio cresceret, simul etiam illorum erga ipsam creuit affectio & deuotio. Maximè verò erga illam affecta & deuota fuit ipsa Imperatrix, Regis Hispaniarum Philippi II. soror; cupiuitque quàm maximè, vt P. M. F. Ludouicus Legionensis Ordinis S. Augustini, & SS. Litterarum in Salmanticensi vniuersitate Professor, vir per Europam tum ob ingenij præstantiam, tum ob singularem doctrinam notissimus, vitam & miracula illius scripto committeret; quod neminem illo melius tunc quidem in Hispania, id pro argumenti dignitate præstiturum, suoque in hoc desiderio satisfacturum (nec immeritò) putaret; vnde ei hanc prouinciam & laborem iniunxit, qui illi sanè fuit perquam iucundus. Operi ergo se accinit, & multa quæ (postquam P. FRANCISCUS RIBERA illius gesta scripsisset) tempus & diligens inquisitio detexerat, in vnum collegit, cui proinde & Didacus de Yepes, qui deinde vitam sanctæ matris etiam euulgauit, multa communicauit, quæ ipse postea, Ludouico morte præuento, suum in librum retulit. at visum Deo, illum iam tum in laboris principio, cum vix dum quinque aut sex paginas scripsisset, ex hac vita euocare; itaque omnes spe sua frustrati sunt. Verumtamen, esto optatum ad eò partum hunc in lucem edere non potuerit, prologum quem dædedit (qui cum libro quem ipsa S. Mater de vita sua cōscripsit; simul legi & edi solet) in quo is, licet quàm breuissimè, tum erudite, tum verè, sublimi quodam stylo, maxima quædam mirabilia, quæ Deus opt. max. in hac Sancta,

Sancta, & per illam operatus est, recenser & tradit. Yepes verò, veritus ne aut tempus, aut obliuio mirabilia Dei opera sepeliret penitus, aut saltem immutaret, laborem hunc reassumere non dubitauit, omnia quæ hactenus de eius vita & sanctitate edita erant, simul in vnum corpus compingens.

Obiter verò hic norandum (quod & notarunt plurimi) singularem quamdam Dei gratiam & priuilegium fuisse quod huic sponsæ suæ contulit, quòd, cum particularis & priuati cuiusdam Ordinis Religiosa fuerit, ab omnibus tamen Religiosis ita vniuersaliter amata & honorata fuerit, ac si singulorum ipsa Religionem professa esset. Quodq; vero magis mirandum, est, quod, cum viri egregiè docti & summi Theologi vt plurimum parum afficiantur erga illos (praesertim si mulieres sunt) qui extra ordinarias visionum, reuelationum ac rapuum vias consecantur; in Sancta Matre tamen regula hæc locum non habeat; imò verò per experientiam videre est, quo viri doctiores & maioris eruditionis sunt, eo hos pluris opera illius facere, magisque erga eas affici: quòd sacrae scripturae luce spiritus illius subtilitatem & acumina penetrent. Et sanè, non sine Angulari quadam Dei sit prouidentia, vt, quoniam ipsamet Sancta Mater ita doctrinam dilexit, & magnorum doctorum tanta fuit cultrix & frequenteratrix, numquam vt sibi à viro bene docto malè consultum fuisse dicere soleret, ita ipsi vicissim eam iam mortuam honorent, colant, & omnimodis venerentur, illius sanctitatem & vitæ perfectionem non solum verbis, sed etiam libris celebrare & extollere conantes.

Omnium verò de sanctitate benedictæ huius Matris testimoniorum generalissimum, est communis & vniuersalis totius Hispaniæ, & aliorum regnorum, praesertim Italiæ, Galliæ, Germaniæ, & Indiarum Orientalis & Occidentis, acclamatio. Reges quippe Hispaniæ, Philippi tam secundus quam tertius, varias ad Summum Pontificem scribere litteras, quibus illam in Diuorum referri cathalogum petiere, nec non Regina Margareta nuper defuncta Philippi III. vxor quæ mirificè erga illam afficiebatur. Idem quoque ab eo petiere Regni Castellani proceres in comitijs anno 1596 indictis, nec non Aragonij: adhuc omnes Ecclesiæ Hispaniæ in cōgregatione & synodo, quâ anno 1595. indixere; item in alia quæ non multo post priorem illam congregata est; quæ omnes quàm enixissime summo Pontifici supplicarunt, vt ipsa sanctorum catalogo posset ascribi. Idem quoque petijt provinciale Concilium Tarracone celebratum. Imò verò vix vllus fuit in Hispania Archiepiscopus, Episcopus, aut celebris Vniuersitas, vt sunt Salmantina, & Complutensis, qui non huius rei impetrandæ ad Sedem Apostolicam lit-

S.  
Theresia

Opera

N. V.  
166

eam litteras miserint. Omnes enim ad vnum, etiam antequam canonizaretur, benedictam hanc Matrem non modò sanctam, sed & sanctissimam, perfectissimam, & absolutissimam vocarunt, & quantum quidem ad sanctitatis & virtutis perfectionem spectat, ab omnibus ipsa vulgò culta est, & Sanctæ nomine appellata.

Vnde etiam grauisissimi quique in Hispania de illius reliquijs aut habent aliquid, aut habere procurant; plurimi quoque illarum virtutem & potentiam sensere, vti è vitæ illius historia, quam D. Yepes concinnauit, videre est.

Illius quoque corpus, tamquam mulieris sanctæ, à multis grauib; doctisq; viris visitatur & colitur, & ad illius inuocationem plurima, scriptione dignissima, contigere miracula: nec solum in Hispania sed etiam extra illam: nam ad eò longè se deuotio & affectio erga ipsam diuam diffudit, vt P. F. Dicacus de Soria Philippinarum Insularum Episcopus, in extremis Indiarum finibus, quadã in epistola, quam ad Clementem VII. Pontificem exarauit, tantopere erga S. Matrem Indos & neophytos affici scribat, vt filiolas suas cum sacris baptismi aquis abluuntur, illius in honorem, Teresæ velint nomine insigniri.

Interea autem testimonia, quæ extra Hispaniam de B. Mati Teresæ de Iesu sanctitate lata sunt, non postremum sibi locum vendicat ipsù doctissimi & què ac grauisissimi viri Thomæ Bosij, qui in suo de signis Ecclesiæ libro sic de illa loquitur: *Teresa Hispana virgo admiranda sanctitatis, incredibili patientia, humilitate ac prudentia floruit. In precibus sepe extra sensus omnes rapiebatur, in altumque aëra toto corpore susollebatur. Edidit libros doctrina celestis plenos, quibus edocemur vias Christiane diuinaque vita degenda. Sexaginta ac plura monasteria tum virorum, tum feminarum fundauit auctoritate ac fide celestium rerum, quas illa patiebatur. Eius cadauer incorruptum persistit & innumera miracula edidit. Ratio vitæ quam suorum monasterijs prescripsit, est supra humanam conditionem, magna perfectionis ac puritatis, quam factū exhibuerunt & exhibent eius sectatores.*

Eadem quoque veneratione & respectu de rebus sanctæ nostræ loquitur P. Antonius Posseuinus Societatis Iesu, vir hac ætate doctrina sua celeberrimus, qui in libri, quem ipsamet Sancta Mater de vita sua scripsit, prolegomenis, quæ latinæ existant, illius in honorem & elogium epistolam scribit.

Et sanè nimis quàm prolixum foret, si omnes qui tam Latine quàm Hispanicè scripserunt, graues & què ac doctos & celebres viros referrem, qui eam sanctam vocitant, ac sexcentis sanctitatem ac vitæ sublimitatem eius encomijs extollunt.

Ad grauia hæc quæ de præcipuis testimonijs, addere possemus hoc, quod

com. 1. lib.  
12. c. 28. f.  
80. 170.

quod sancta Mater, Religionis tam virorum quam mulierum, quae inter omnes quas hodie habet Ecclesia vitam austerissimam ducentes facile princeps est, fuerit reformatrix, dum eam iam prolapsam ad primæum suum spiritum & feruorem reduxit: nec non admirabilem librorum ipsius doctrinam, quin & singularem quem spirituales in Ecclesia ex illis ipsis fructum perceperunt, admirabilem corporis illius integritatem & incorruptionem, & quod amplius est, sanctum quod ex eo promanat oleum: innumera quæ ad illius intercessionem, tum in vita, tum post mortem edita sunt miracula: labores & persecutiones quos animo plusquam muliebri passa est: virtutes heroicas quas habuit: denique particulares, quas Dominus ei præstitit fauores & gratias. Quibus è rebus omnibus tam magna & admirabilis componitur sancta, uti S. Mater Teresa de Iesu fuit. Unde fit, ut eam Deus ipse iam antè in terra canonizasse, & iam inde è celo ut sanctam declarasse videatur. quam summi Numinis approbationem, Romana dein Ecclesia, post tam præclara sanctitatis testimonia, non potuit, non inuitari, dum eam illius præses Gregorius XV. summo omnium bonorum applausu, anno M.DC.XXII. die Martij 12. vnà cum SS. PP. Ignatio de Loyola, & Francisco Xaverio, Societatis Iesu, & S. Philippo Nerio Congregationis Oratorij fundatore, & S. Isidoro eximie sanctitatis agricola, solenni ritu, sanctorum catalogo ascripsit, & ab omnibus Catholicis coli & inuocari mandauit: uti è sequenti Canonizationis bulla apparet.

BVLLA CANONIZATIONIS  
S ANCTÆ TERESÆ  
VIRGINIS

TAM FRATRV M, QVAM MONIALIV M CARMELI-  
*tarum Discalceatorum fundatrici.*

QVAM GREGORIVS XV. SIMVL CVM B. ISY-  
DORO AGRICOLA, Patrono Madriti,  
IGNATIO LOYOLA fundatore Societ. Iesu,  
FRANCISCO XAVERIO ex eadem Societate,  
AC PHILIPPO NERIO fundatore Congregationis Oratorij, in Sancto-  
*rum numerum reculis, Anno Domini 1622. die 12. Martij.*

GREGO-

S.  
Theresia

Opera

N. V.  
166



32

GREGORIVS  
EPISCOPVS

Seruus seruorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.



Onnipotens sermo Dei, cum de sinu Patris ad hac inferiora descendisset, ut erueret nos de potestate tenebrarum, completo dispensationis sua tempore, transiurus de hoc mundo ad Patrem, ad propagandam per totum terrarum orbem electorum suorum Ecclesiam, quam sanguine suo acquisiuerat, eamque Verbo Vita erudiendam, ad confundendam sapientiam sapientium, & destruendam omnem altitudinem, qua aduersus Deum excollebat, non multos nobiles elegit, nec multos sapientes, sed contemptibiles mundi; qui non in sublimitate sermonis, nec in humana Sapientia Verbo, sed in simplicitate, & veritate ministerium suum, ad quod à diebus Aeternitatis predestinati erant, adimplerent: in sequentibus vero generationibus, cum iuxta preordinata tempora plebem suam per seruos suos fideles visitare dignatus est, plerumque paruulos, & humiles assumpsit; per quos Catholica Ecclesia ingentia praestaret beneficia: quibus ipse iuxta Verbum suum abscondita à sapientibus, & prudentibus Regni caelestis misteria reuelaret, eoque superiorum charismatum donis adeo illustraret, ut omnium virtutum, ac bonorum operum exemplis Ecclesiam fouerent, ac signorum gloria clarificarent. In diebus vero nostris fecit salutem magnam in manu seruae: suscitauit enim in Ecclesia sua, veluti nouam Deborah, Tereciam Virginem; qua postquam mirabili victoria carnem suam perpetua virginitate, mundum admirabili humilitate, & cunctas adiuuentiones Diaboli multis, maximisque virtutibus superasset, excelsiora moliens, & virtutem sexus animi magnitudine supergressa accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum, & instruxit exercitus fortium; qui pro domo Dei Sababot, & pro lege eius, & pro mandatis eius armis spiritualibus decertarent, quam Dominus ad tantum opus peragendum abundanter impleuit Spiritu sapientia, & intellectu; & thesauris gratiae suae adeo illustrauit, ut splendor eius, tanquam stella in Firmamento, fulgeat in domo Dei in perpetuas aeternitates. Dignum igitur, & congruum existimauimus, ut quam Deus, & vniigenitus Filius eius Dominus noster Iesus Christus, quasi sponsam ornatam corona, & decoratam montibus suis in gloria miraculorum plebi suae manifestare dignatus est. Nos quoque pro  
Pastora-

Pastorali sollicitudine nostra in vniuersali Ecclesia; cui, licet meritis minimè suffragantibus, praesidemus, tamquam sanctam, & electam Dei colendam, & venerandam Apostolica auctoritate decreuerimus, vt omnes populi confitentur Domino in omnibus mirabilibus eius, & cognoscat omnis caro, quoniam non defecerunt in diebus nostris miserationes eius. Qui, quamuis peccatis nostris exigentibus visitet nos in virga indignationis sua non tamen continet in ira sua misericordias suas, dum in afflictionibus nostris nouis nos praesidijs munit, & amicos suos multiplicat, qui Ecclesiam suam meritorum, & intercessionum suffragijs protegant, ac defendant, atque vt vniuersi Christi fideles intelligant quam abunde in ancillam suam effuderit Deus de Spiritu suo, ac propterea erga ipsam deuetio in dies augeatur, insigniores quaedam eius virtutes, & aliqua ex magnalibus, quae in manu eius operatus est Dominus, his literis duximus inferenda. Nata est Teresia Abula in Regno Castelle anno salutis humana millesimo quingentesimo quinto decimo parentibus, vt genere praeclaris, ita etiam vita integritate conspicuis, a quibus in timore Domini educata admirandum futurae sanctitatis intemerata adhuc aetate specimen dedit: nam cum sanctorum Martyrum acta perlegerat, ad sancti Spiritus igne cor eius intra eam concauit, vt cum fratre germano etiam puero domo auferret, vt in Africam traiceret, vbi sanguinem, ac vitam pro testimonio Iesu Christi profunderet. Sed occursum patris reuocata eam optimam sortem sibi creatam esse iugibus lacrymis deploraret, ardens martyrij desiderium elemosynis, & alijs operibus compensauit. Sed cum ad vigesimum aetatis annum peruenisset, Christo se totam despondit: & vocationem, qua ab eo vocata erat aggressa, ad moniales Sanctae Mariae de Monte Carmelo Ordinis Mitigati se contulit, vt plantata in domo Domini in atrijs domus Dei nostri floreret. Professione itaque in eo monasterio emissa, cum per duo de viginti annos grauissimis morbis, ac varijs praeterea, tentationibus vexata esset, nullisque supernis consolationibus resciretur, aded inuicem adiuuante Domino omnia perulit, vt probatio fidei illius omni pretiosior auxo, quod per ignem probatur inuenta fuerit, in laudem, & gloriam, & honorem, in reuelationem Iesu Christi. Et quoniam ad erigendum sublime Christianarum virtutum aedificium fidei fundamentum ponendam fuit illud aded stabile, ac inconcussum Teresia collocauit, vt iuxta verbum Domini comparanda sit viro sapienti, qui aedificauit domum suam supra petram. Ea etenim firmitate Sacrosancta Ecclesia Sacramenta caeteraque Catholica religionis dogmata credebat, & venerabatur, vt maiorem, vt ipsa saepius testificabatur, de qualibet re certitudinem habere non posset hac fidei lucerna illuminata Domini nostri Iesu Christi corpus in Sacratissima Eucharistia mentis oculis aded clarè intuebatur, vt assereret nihil esse quod inuideret eorum beatitudini, qui corporeis oculis Dominum conspexissent, tantum autem, vna spei in Domino collocauerat, vt iugiter deploraret, quod tandiù in praesenti mortali vita detineretur, qua sibi impedimentum asferret, quo minus semper cum Domino esset, nec raro dum in corde suo caelestis patrie gaudia recogitabat, mentis excedebat, & ad eorum fruitionem in carne rapiebatur. Sed inter caeteras Teresiae virtutes praecipua emicuit dilectio Dei, qua aded in corde eius exarsit, vt Confessarij

S. Matris Teresae Opera.

h

ipsum

S.  
Theresia

Opera

N. VII

186

ipsius Teresa charitatem, tanquam non hominis, sed Cherubim propriam admirati-  
 tur, & celebrarent. Quam etiam Dominus nosler Iesus Christus multis visionibus, ac  
 revelationibus mirabiliter auxit: quandoque enim datus dextera, et anagor ostensa il-  
 lam in sponsam suam adoptavit, atque his verbis alloqui dignatus est: deinceps  
 vera sponsa meam zelabis honorem, tam ipse sum totus tuus, & tu tota mea. Ali-  
 quando etiam Angelum vidit ignito iaculo sibi precordia transfuerberantem, ex quo  
 celestibus donis diuini amoris flamma in eius corde adeo excessuabat, ut maxime ar-  
 duum votum à Deo edocta emisisset efficiendi semper quidquid perfectius esse, & ad  
 maiorem Dei gloriam pertinere intelligeret: Quin etiam post mortem eandem monia-  
 li per visum manifestavit, se non vi morbi, sed ex intollerabili diuini amoris incendio  
 vitæ excessisse. Sed quam perpetua charitate proximum dilexerit multis argumentis  
 manifestum fuit, sed præsertim ex ardenti desiderio quo animarum salutem desidera-  
 bat. Infidelium enim & Hæreticorum tenebras perpetuis lachrymis desolebat, ac pro-  
 eorum illuminatione non solum iuges ad Deum preces fandeabat, sed & ieiunia, flagel-  
 lationes, ac alias carnis macerationes offerebat. Proposuit etiam Sancta virgo in corda  
 suo nullam diem sine charitatis officio transigere, in quo etiam Deus ipsi auxilium præ-  
 stitit: nunquam enim ei defuit ipso largiente excoercendo charitatis occasio. Mirabiliter  
 autem imitata est Dominum nostrum Iesum Christum in dilectione inimicorum: nam  
 cum ingentes patretur persecutiones, & aduersitates, diligebat tamen persequentes, &  
 orabat pro his, qui oderant se: quinimo detrimenta & offensiones, quas perpetuebat,  
 amoris, & charitatis ipsæ eam ministrabant, adeo ut viri graues dicere solerent: qui  
 amari à Teresa vellent, damno, aut iniuria, ut eam afficeret, oportere. Vota vero que in  
 professione Religionis Deo vouerat, maxima cura, ac diligentia reddidit: nec enim in-  
 tummodo omnes exteriores actus superiorum arbitrio maxima cum humilitate spiri-  
 tus persciebat: sed firmiter etiã in corde suo constituit eorū voluntati omnes etiam co-  
 gitationes suas subicere, cuius etiam rei egregia exempla reliquit: nam Dominum Ie-  
 sum Christum sibi sapius apparentem aliquando à Confessarijs iussu, qui delusam à  
 Angelo tenebrarum suscitabantur, humiliter perit spiritus que sed non sine magno  
 tam profunde obedientie dramio, quin etiam volamen, quod in Cantica Canticum  
 insigni pietate referunt scripserat, ut confessario obtemperaret, flammis iniecit, dicit  
 autem solebat se indiscernendis visionibus, ac revelationibus decipi posse, in obedientia  
 vero superioribus præstanda, falli non posse, paupertatem adeo dilexit, ut non solum la-  
 bore manuum suarum victum sibi compararet, sed si quam monialem visioribus in do-  
 tam vestimentis conspexisset, illico sua cum illius commutaret, ac si quando sibi neces-  
 saria deficerent, miserie lætaretur, & euultaret, gratiasque Deo ageret, tanquam in-  
 gne aliquod consequuta beneficium: sed inter ceteras eius virtutes, quibus quasi sponsa à  
 Deo ornata miserie excelluit, integerrima effulsit castitas: quæ adeo eximie coluit, ut  
 non solum propositum virginis seruanda à pueritia conceptū vsque ad mortem per-  
 duxerit, sed omnem expertem macula angelicam in corpore, & corde seruauit puritatem  
 quas adeo in fine, virtutes miserie humilitate cordis ornabat: cum etenim in dies in-  
 quirit

in charismatibus anima eius impingatur. Sapius exclamabat ad Dominum. ut  
 beneficium in eam suis terminum statueret, nec tam cito ingenium scelerum obliuisceretur.  
 contumelias vero. & irrationes ardentissimas sibi dabat, ac non solum humanos hono-  
 res, sed nosci quoque ab hominibus abhorrebat, inuictam autem huius Sancta Vir-  
 ginis patientiam illa vox attestatur, qua sapius ad Dominum exclamabat: Dominum  
 cui patri, aut mori, prater hec omnia diuina beneficentia munerata, quibus hanc dilectam  
 suam, quasi preciosis monilibus decoratam esse voluit omnipotens, alijs etiam gratis, &  
 demum abunde ipsam locupletauit: adimpleuit enim eam Spiritu intelligentia, ut non so-  
 lum honorum operum in Ecclesia Dei exempla relinqueret, sed & illam caelestis sapien-  
 tia imbribus irrigaret, edis de mystica Theologia, alijsque etiam multa pietate refer-  
 tis libellis: ex quibus fidelium mentes vberimos fructus percipiunt, & ad superne pa-  
 tris desiderium maxime excitantur, quibus caelestibus instructa, ac illustrata muneri-  
 bus eius agrestis est maximum quidem, & cuiuscunque difficillimum, sed Ecclesia Chri-  
 sti per quam vult, ac proficuum: reformationem enim exorsa est Ordinis Carmelitani:  
 illudque non solum in mulieribus, sed & in viris egregie praestitit, edificatis, non modo  
 per vniuersas Hispanias, sed & per alias etiam Christiani orbis partes non virorum,  
 quam mulierum monasteriis, sine pecunia, sine prouentibus de sola Dei misericordia  
 praestitit: nec modo omnibus humanis destituta, auxilijs, sed & sanctis plurimq,  
 ac contradicentibus Principibus, & potestatibus saeculi, quo tamen Domino opus suum  
 confirmante adices miserunt, incrementum susceperunt, & demum in Domo Dei v-  
 beris prouentus fructificauerunt. tantas virtutes Teresia plurimis, dum adhuc in huma-  
 na ageret, miraculis Deus illustrauit, quorum nonnulla praesentibus literis duximus in-  
 serenda. Cum in Conchensi Diocesi maxima esset frumenti penuria, atque in monaste-  
 rio de villa noua de Xara vix tantum farina reperiretur, ut per integrum mensem ad  
 vltimum decem, & octo monialium satie esset, huius Sancta Virginitas meritis, & inter-  
 cessione Deus omnipotens, qui sperantes in se enutrit, ea adeo abundare fecit, ut quam-  
 uis per sex menses ex ea assatum panis ad profectioem ancillarum Dei fierent, nunquam  
 tamen usque ad inanas fruges diminueretur. Graui erysipilate in vultu, ac febris afflicta ab-  
 bat Anna à Trinitate monialis Conchensis Medina de Capo, cui Teresia primū bladi-  
 ta, deinde lesa membra leuiter atrectans, bono animo, inquit, sis filia, Deus, ut spero te  
 hoc morbo liberabit, statimq, febris, omnisque morbus ab ea abscessit. Alberta eius sae-  
 monasterii Priorissa pleuritide, ac febre non absq, vite periculo laborabat, at Sancta  
 Virgo Teresia tacto latere, quod morbo vrgebat, ea sanam esse pronunciauit, ac sur-  
 gore in se, illa perfecte sanata, statim è lecto exiit, laudans Deū. Adueniente demū tē-  
 pore, quo pro tot laboribus pro diuino honore exhaustis, ac tot bonis operibus in Eccle-  
 sia vtilitatem perpetratis coronā decoris de manu Dei esset receptura, graui morbo Al-  
 ba decumbens, cum tot infirmitatis tēpore frequentes, ac plene admirabiles de diuina  
 charitate cum sororibus sermones habuisset, sapius gratias Deo agens, quod se Catho-  
 lica Ecclesia aggregasset, commendans, tanquam praecipua bona, paupertatem, ac de-  
 beatam praepositi obedientiam, accepto humillimè, ac cum caelesti prorsus charitate sacro  
 peragrationis suae viatico, ac extrema unctionis Sacramento, Christi Crucifixi effi-

S.  
Theresia

Opera

N. VIII

186

giem manntenens ad caelestem patriam euolauit. Pluribus uero signis manifestauit Deum quam sublimem glorie gradum Teresie elargitus in calis esset: multa etenim moniales, religiose, ac timentes Deum, uiderunt decorem glorie eius. Alia etenim conspexit supra tectum Ecclesie, & in Choro, & super decumbentis cubiculum multitudinem caelestium luminarium alia Christum Dominum magno corruscantem splendore, & ingenti Angelorum frequentia circumdatum, eius lecto assistentem. Alia plurimos albi amictos uestibus ipsius cellam ingredientem, ac cubili circumfusos. Quadam etiam in ipso transitu momento candidam columbam ex ipsius ore in caelum euolantem, alia splendorem, crystalli instar fenestra egredientem uidit. Quin etiam quadam arbor calis, ac macerie obstructa, ac iam dudum arida, qua cubiculo proxima erat, prater omnem temporis, & naturae rationem, repente floribus onusta, in ipsa transitu hora apparuit. Corpus exanime speciosissimum, ac nulla ruga contractum, ac miro decoratum candore apparuit, ac una cum uestibus, ac lineolis, quibus egra uisa erat omnibus admirantibus mirifice spirans odorem. Multa etiam magnalia qua meritis Ancilla suae operatus est Deus, ipsius in Paradisum transitum exultabilem reddiderunt. Quadam etenim monialis dudum capitis, & oculorum infirmitate laborans, apprehensa mortua Virginis manu, ac capiti, oculisque adnota statim conualuit. Altera item eius ex oscultatione pedibus sensum odoratus amissum recuperauit, & corporaliter odorem unguentorum, quo sacrosanctum eius corpus a Domino perfusum erat, percepit. Corpus eius absque uolo prorsus medicamine ligneo loculo inclusum, alio effossa ad sepulturam humo, ac ingentibus lapidibus, & calce oppleta, scrobe sepultum est. Sed & sepulchro eius odor auid ingens ac mirificus emanabat, ut decretum fuerit sacrum corpus exhumare, atque illud sane integrum, ac incorruptum, ac flexibile, ac si nuper tumulatum fuisset, repperit fuit, odorato liquore circumfusum quo perenniter usque in praesentem diem, Deo ancilla suae sanctitatem iugis miraculo attestante, desudat. Quare alijs uestibus indueum, noua; arca inclusum, cum priora computruissent, eodem loco conseruatum fuit. Lapsoque triennio, cum rursus ipsius monumentum aperiretur, ut sacrum pignus Abulam asportaretur, ac deinceps frequenter iussu Delegatorum Apostolicorum inuisceretur, semper incorruptum, ac tractabile eodem odore, ac liquore perfusum apparuit. Sed & procedentibus temporibus manifestauit Deus hominibus gloriam suam praestitit per intercessionem ancilla suae frequentibus beneficijs his, qui se fideliter eius precibus commendassent: puer etenim quidam quadriennis adeo contractus, ac detortus erat, ut nec pedibus insillere, nec cum iaceret, corpus mouere posset, eaque infirmitas, cum illi a natiuitate fuisset, nullumque afferret doloris sensum, incurabilis prorsus uidebatur, cumque per nouem dies ad cubiculum, quod uiuens Sancta Virgo inhabitauerat, allatus fuisset, sensit in se uirtutem uenientem, ac repente sanus, ac validus, ac suis pedibus ambulans, stupentibus cunctis, cepit diffamare se a matre Teresia de Iesu perfectam sanitatem fuisse conseruatum. Sanissimis doloribus per biennium cruciabatur Anna a Sancto Michaelis monialis, tribus caneris pectus eius adeo affligentibus, ut non solum somni expers esset, sed nec collum flectere, nec brachia posset at tollere, cumque par-

ticulariam

viculum reliquiarum Sanctæ Teresæ super pectus apposuisset, & toto cordis affectu se  
 eius patrocinio commendasset, non solum omnis euauit plaga à corpore eius; sed,  
 & alia etiam, quam in corde diu habuerat, infirmitatē libera momento temporis effe-  
 cta est. Aded vexabatur Franciscus Perez Parochialis Ecclesiæ Rector apostemate, quod  
 in eo pectoris infederat, vt brachio etiam contracto à celebratione sacrosancti missæ sa-  
 crificij per quinque menses impediretur, humanisque remedijs deficientibus ad diuinam  
 confugit, & ad montes Dei eleuans oculos salutem consequutus est; Epistolam enim  
 Virginis Teresæ manu exarata in pectore admoens, consequutus est eius partis sanita-  
 tem, cumque deinde sepulchrum Virginis vifitasset, eiusque brachium, quod Alba asser-  
 natur proprio brachio, quod adhuc contractum erat admouisset, in eo etiam diuinam  
 virtutem expertus est, restituta sibi perfecta valetudine. Ioanes de Leyua magno guttu-  
 ris morbo aded affligebatur, vt omnis respirationis via fere interclusa esset, iamque mor-  
 ti proximus animam agebat, cum sudarium, quod Sancta Teresæ fuerat, ad morbi lo-  
 cum magna cum fiducia apposuit, somnoque captus, ac paulo post experrectus se meritis  
 Beate Teresæ curatum esse repente sanus exclamauit. Cum igitur per vniuersas iam  
 gentes, & nationes sanctitas Teresæ celebraretur, & nomen ipsius apud Christi fideles  
 magno in honore esset, operante Domino per intercessionem eius tot mirabilia, quæ et-  
 iam in dies vna cum ipsius veneratione augebantur, fuerunt auctoritate ordinaria in  
 multis Hispania partibus formati processus, ac ad Sanctam hanc sedem transmissi, &  
 instanter agente clara memoria Philippo III. Hispania Rege Catholico negotio tam in  
 Sacra Rituum Congregatione, quam in Rota diligenter discusso, fel. recor. Paulus V.  
 predecessor noster indulisit, vt in eius honorem tamquam de B. Virgine diuinum Offi-  
 cium in toto Fratrum Carmelitanorum Ordine posset celebrari. Cumque idem Philip-  
 pus Rex iterum apud predictum Paulum similiter predecessorem nostrum pro Cano-  
 nizatione B. Virginis Teresæ supplicasset, idem Paulus iterum negotium commisit Car-  
 dinalibus Sac. Rituum Congregationis, qui nouos processus auctoritate Apostolica con-  
 ficiendos decreuerunt, atque ad id munus peragendum ho. mem. Bernardum Cardina-  
 lem de Rosias Archiepiscopum Tolosanum, & venerabiles Fratres Episcopos Abulen. &  
 Saluatin. eadem auctoritate deputarunt: qui cum diligenter de mandato negotio per-  
 functi essent, omnia acta eidem Paulo V. predecessori nostro transmiserunt. Qui tribus  
 Apostolici Palatii causarum Auditoribus Francisco Archiepiscopo Damasceno Locum-  
 tenenti, nunc S. R. E. Cardinali, Ioanni Baptista Coccino Decano, & Alphonso  
 Manzanedo dedit in mandatis, vt summa cum diligentia dicta acta examina-  
 rent; & qua eorum sententia esset ad ipsum referrent, qui omnibus accura-  
 tē, prout rei magnitudo postulabat, perpensis, eidem Paulo V. predecessori retulerunt  
 plene iustificari vitæ sanctitatem, ac miracula Beate Virginis Teresæ, omniaque abun-  
 de constare, quæ pro Canonizatione eiusdem à Sac. Canonibus requiruntur, posseque  
 ad vltiora procedi. Vtque ea maturitate, qua rem tantam decebat, negotium transi-  
 geretur, idem Paulus dilectis filijs nostris S. R. E. Cardinalibus Sacris Ritibus Prefectis  
 ordinauit, vt predictos processus quam diligentissimè rursus inspicerent, ac de tota

S.

Theresia

Opera

N. V.

186

causa accuratè cognoscere. Cum vero idem Paulus humana peregrinationis viam completisset. Nosque nullis licet nostris meritis sola diuina gratia dignatione ad Ecclesia gubernacula vocati essemus, ad augmentum diuini honoris, & S. E. vtilitatem pertinere arbitrati sumus, vt huiusmodi negotiū promoueretur plurimum curā ad præsentū temporū calamitatē leuandā interesse existimauimus. si Christi fidelium deuotio erga Sanctos, & electos Dei, qui pro nobis in tantis necessitatibus intercederent, auergeretur. mādauius itaque prædictis Cardinalibus, vt quod illis à prædecessore nostro prædicto iuratum inunctum quamprimum exequerentur. Quod cum illi ea diligentia, qua decebat, persequerentur, ac pro S. Virginis Canonizatione omnes vnanimiter censuissent, Venerabilis Frater noster Franciscus Maria Episcopus Porruen. Cardinalis à Monte totius processus summam ac suam, collegarumque sententiam coram Nobis Consistorio nostro exposuit. quibus auditis reliqui Cardinales, qui aderant ad vltiora fore procedendum communi suffragio pronuntiarunt. Igitur cum publico Consistorio dilectus filius Iulius Zambeccarius Consistorialis aule nostre Aduocatus pro eius Canonizatione perorasset, ac nomine clarissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regni Catholici, vt ad eam procedere dignaremur humiliter supplicasset, Nos de re tanta venerabiles fratres nostros S. R. E. Cardinales, & Episcopos in Curia presentes consultari esse respondimus, atque interim Cardinales, atque Episcopos presentes vehementer in visceribus Christi hortati sumus, vt orationibus instantes in ieiunijs, & elemosynis animas suas coram Deo nobiscum humilitantes preces à Deo Patre luminum exposcerent, vt ex alto super nos lucem suam, & veritatem suam emitteret, quatenus ad voluntatem, & beneplacitum eius cognoscendum, & perficiendum deduceret, itaque cum semi-publico Consistorio, quod consequenter celebratum est, vocatis non modo Cardinalibus, sed Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis in Curia nostra existentibus, presentibus etiam nostris, ac Sedis Apostolicæ Notariis, ac Sacri Palatii Apost. causarum Auditoribus, cum plura à Nobis eximia sanctitate ancilla Dei, ac miraculorum frequentia, & celebritate, populorumque erga eam per vniuersas Christiana nationes deuotione commemorata fuissent, expositis, etiam instantibus, qua coram nobis non modo nomine maximorum Regum, sed etiam charissimi in Christo filii nostri Ferdinandi Romanorum Regis in Imperatorem electi, aliorumque complurium Christianorum Principum fiebant, omnes concorditer, ac vno ore benedicentes Deum amicos suos honorificam Beatam Theresiam canonizandam esse, atque inter Sanctas Virgines adscribendam consuerunt, quorum omnium audito consensu intimo cordis affectu exultauimus in Domino, & iubilauimus in salutaris eius gratias agentes Deo, & Filio eius Domino nostro Iesu Christo, quod Ecclesiam suam misericorditer respexisset, ac tanta gloria illustrare decreuisset. Canonizationis itaque publicauimus diem, eosdemque fratres, ac filios nostros monimus, vt in orationibus, & elemosynis perseverarent, vt in tanto opere exequendo splendor Domini Dei nostri esset super nos, qui opus manuum nostrarum ad perficiendam eius voluntatem dirigeret. Demum peractis omnibus, qua ex Sac. Constitutionibus, ac Romana Ecclesia consuetudine peragenda

gentia erant, hodie in Sacro sancta Principis Apostolorum Basilica cum venerabilibus  
fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, necnon Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis,  
Romanaeque Curiae Prelatis, Officialibus, & Familiaribus nostris, Clero seculari,  
& regulari, ac maxima populi frequentia convenimus, ubi repetitis pro Canonica  
nominis Decreto petitionibus nomine eiusdem charissimi in Christo Filij nostri Philippa  
Regis Catholici à dilecto Filio nostro Ludouico tit. Sancta Maria Transpontina Car-  
dinali Ludouico nuncupato, nostro secundum carnem nepote, per Iulium Aduocatum  
praedictum decantatis Sacris Precibus, & Litaniis, ac Spiritus sancti humiliter im-  
plorata. Ad honorem Sanctae, & indiuiduae Trinitatis, & Fidei Catholica exaltatio-  
nem auctoritate omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti Beatorum Apo-  
stolorum, ac nostra, de venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriar-  
chatum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Romana Curia praesentium consilio, ac  
vniuersi consensu. bo. mem. Teresiam Virginem de Abula de cuius vita sanctitate, fidei  
fidelitate, & miraculorum excellentia plene constabat, & constat, ac Sanctam esse  
diffinimus, ac Sanctarum Virginum Catalogo adscribendam decreuimus, prout  
praesentium tenore diffinimus, decernimus, & adscribimus, illamque vniuersos Christi-  
fidelis tanquam verè Sanctam honorare, & venerari mandauimus, statuentes, vt ab  
vniuersali Ecclesia in eius honorem Ecclesiae, & altaria, in quibus Sacrificia Deo offer-  
rantur edificari, & consecrari, & singulis annis die quinta Octobris, quo ad celestem  
gloriam translata est, eius Officium, vt de Sancta Virgine ad praescriptum Romani Bre-  
uarii celebrari possit, eademque auctoritate omnibus Christi fidelibus verè penitenti-  
bus, & confessis, qui annis singulari eodem festo die ad sepulchrum, in quo corpus eius  
requiescit, visitandum accesserint, vnum annum, & vnam quadragesimam, in verè, qui  
in eiusdem festo octaua quadragesima dies de inunctis eis, seu quomodolibet debitu pe-  
nitentis misericorditer in Domino relaxauimus, & relaxamus. Postremo gratis Deo  
actis, quod Ecclesiam suam insigni hoc, nouoque luminari illustrare dignatus esset, de-  
centata in Sancta Teresia honorem solemnem sanctarum Virginum orationis, ad Altare  
Principis Apostolorum Missam celebrauimus, cum eiusdem Sanctae Virginis comine-  
matione, omnibusque Christi fidelibus tunc praesentibus plenariam omnium peccata-  
rum suorum Indulgentiam concessimus. Decet igitur vt pro tam insigni beneficio  
omnes cum omni humilitate benedicamus, & glorificemus eum, quem decet omnis  
benedictio, & honor, & gloria, & potestas in seculorum, assiduis precibus ab eo po-  
stulantes, vt per intercessionem electae suae à peccatis nostris faciem suam auertens ni-  
sifatur nostri, & respiciat nos, & ostendat nobis lucem misericordiarum suarum, &  
dimittat timorem suum super gentes, quae non cognouerunt eum, vt cognoscant quia  
non est alius Deus, nisi Deus noster. Ceterum quia difficile foret praesentes nostras lito-  
ras ad singula loca ubi opus esset deferri, volumus, vt earum exemplis etiam impressis,  
manu publici Notarii subscriptis, & sigillo alicuius persona indiguitate Ecclesiasti-  
ca constituta manitis eadem vbi que fides habeatur, quae ipse praesentibus adhibere cur-  
si essent exhibita, vel ostensa. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam no-  
strorum

S.

Theresia

Opera

N. VII

156



frorum definitionis decreti, adscriptionis mandati, statuti, relaxationis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominicæ Millefimo sexcentesimo vigesimo primo, quarto Id. Martij, Pontificatus nostri anno secundo.

TESTIMONIA VIRORVM GRAVIORVM AC DOCTORVM DE  
auctoritate doctrina, librorum & scriptorum S. M. Teresa de Iesu,  
à P. Thoma de Iesu Religioso Discalceato  
collecta.

§. 5.

**N**Vllum his quos S. Mater composuit, libris accedere maius approbationis testimonium potest, quam quod de ea tulit is, cuius antè paulò meminimus P. F. M. Ludouicus Legionensis Ordinis S. Augustini, S. Scripturæ Salmanticæ Primarius Professor, suo ævo Hispaniæ lux & columen: qui, quod illos Regij Concilij iussu examinavit, relegit & maturè per omnia exploravit, eorum doctrina & spiritu ita est delectatus, ut in horum laudem, & scriptricis commendationem, longum & elegantem satis, ijs præmiserit prologum, qui vulgò illis accudi & coniungi solet, quemque etiam ipsi minime putavimus omittendū, uti postea suo loco videre erit.

Didacus vero de Yepes Ordinis S. Hieronymi, Episcopus exinde Turiafonsis, cuius item supra meminimus, in eo què de eius vita cōposuit libro, agens de infusa quam Dominus S. Matri communicavit scientia, nec non de libris quinque quos composuit, sic libro III. cap. 18. de illis loquitur: Omnes hosce libras B. Mater è Domini revelatione scripsit: sed illa ei satis nõ esset, (etenim nullis in rebus sola revelatione regebatur) nisi simul & Confessariorum accessisset auctoritas. Nam de libro, quem de vita sua conscripsit, in eius prologo sic loquitur. Hanc ego relationem facio, quod eam Confessarij mihi faciendam iniunxerunt; & licet sciam Dominum id velle, & quidem iam à multo tempore, numquam tamen aggredi id ausa sum. Librum verò fundationum expresse Dominus ei iniunxit ut conscriberet, uti ipsa in illa quam vita sua addidit appendice testatur. Mansionum quoque librum scripsit, Domino ei materiam, dispositionem & libri titulum suggerente. Et sic aut Dominus horum ei scriptionem mandavit, ita etiam ostendere voluisse videtur se illorum auctorem esse: etenim modus & methodus quo B. Mater eos scripsit, ostendit ad oculum, illam non nisi Dei instrumentum fuisse; ac de suo non nisi operam & calami mutasse. Sæpè contigit, ut dum hisce scribendis occuparetur, ipsa raptim pateretur;

& c.

Et hoc ad se rediens, nonnulla scripta repererit littera quidem sua, at non manu, sed  
 aliena. Calamum quidem ipsa manu gestabat, & facies mirabilem quemdam fulgo-  
 rem emittebat, ut interior anima lux etiam in corpus sese diffundere & transfigurari  
 videretur animam quoque ita in Deum habebat absorptam, ut licet maximus illius in-  
 tellus excitaretur strepitus, ipsa eum nec sentiret, nec perturbaretur. Scripsit quoque va-  
 rios & gratissimos occupationibus, & omnium monasteriorum qua regebat solici-  
 tudine distracta, & chorum suum tam exactè seruans ac Moniales reliqua. Scripsit  
 quoque magna cum velocitate & festinatione. at hoc mirum non est, cum (ut Propheta  
 loquitur) scalanus eius moueretur à scriba illo velociter scribente. ita quidem ut motu  
 suo ingenio habere videretur, è qua verba rebus quas dicere parabat, ita conuenientia  
 & quantantia assidue profuebant, ut, licet multas paginas conscriberet, nunquã  
 tamen interquiescit cogitatur a quidnam scriptura esset: spiritus quippe tanta ei dicta-  
 bat abundantia, ut, si plures habuisset manus, omnes ipsa occupatas teneret, & defatiga-  
 ret, ut tamen ei non deficeret materia. Vtrumq; hoc, suo ipsa testimonio satis confirmat,  
 quod enim non cogitavit, nec prius reflexerit ad ea qua scriptura erat, circa finem libri  
 de vita sua sic ait: Ausa fui vitam meam impertinentem & dissolutam scribere, esto  
 in hoc ipso opere non plus laboris, cura, aut temporis impenderim, quam quantum ad  
 ipsam descriptionem necesse fuit, sed quidquid mihi contigit, omni qua potui simplicitate  
 & veritate exarando. Et alio in loco ait: Verum quam multa dicenda occurrunt, cum  
 de hac via loqui incipio, ei praesertim qui per eam tam malè incesit atque ego: utinam  
 pluribus scribere possem manibus, ne vnam videlicet rem per aliam obliuiscar. Hæc  
 quidem omnia B. Mater. Adhuc in vita sua, tanta se ait facilitate scripsisse, ac si exem-  
 plar ante se habuisset, & ipsum inspiciendo transcripsisset. quando enim Dominus lo-  
 quitur, dat spiritum, addit simul facilitatem; longe etiam apparat melius, ac si quis  
 exemplar ante se haberet & ex eo scribenda depromeret. at si spiritus desit, non magis  
 quis linguam illam intelligit, quam si Arabicam audiret. Quod certè idem omnino est  
 cum eo quod Baruch Propheta de Ieremia dixit, cum, cū scriberet, non aliter dictasse,  
 quam si è libro quoquam legisset aut transulisset. Hic porro liber aliud non est, quam  
 exemplar quoddam & speculum, ei Deo oculis à Deo positum, eius rei quam Prophetam  
 volebat intelligere. Simile exemplar B. Mater anima sua oculos obiectū, dum scribe-  
 ret habebat, vni liquidissime ex ipsa scriptura videre est: etenim in ipso autographo,  
 quod sua ipsa manu exarauit, ne vel verbum reperitur deletum, nec correctum, nec vl-  
 lum erratum, qua litterarum perfectione quidem in folijs à Typographo excusis posset  
 haberi. cum vero hæc in scriptura manu exarata, & quidem in materia tam sublimi,  
 & stylo adeo elimato scripta, habeatur, inter maxima qua de B. Matre recēsentur mi-  
 racula ipsum puto referendum, nec non ut maximum lucis & sapientia, quam spiritus  
 Sanctus ei infudit, testimoniū. Nam quod B. Mater antea in rebus spiritualibus ac my-  
 sticis intelligendis & declarandis valde rudis, & imperita, & vix curiosa esset; hinc di-  
 uina sapientia, qua in ipsa viguit, eo magis resplendet, quo ab illius principijs habendis  
 aberrat longius. Capite vero XIX. sic de eadem re loquitur: Antequam  
 S. Matris Teresæ Opera vero

S.  
Theresia

Opera

N. VII

156

verò hi Beatae Matris libri imprimerentur, à Sancta Inquisitionis Indicibus fuere examinati, nec non aliis doctissimis iuxta ac grauisimis, quos tunc habebat Hispania, viris ad examinandum dati, nihil verò in illis reperitum, quod non è celo profectum esse, nec non scintilla videretur lucis, quò anima qua per hanc viam incedunt, illuminentur, conducantur, & in diuino amore magis accendantur. Ipsum Supremum sanctae Inquisitionis tribunal & Conciliũ, honorifico quodã decreto hos libros approbauit, sed veluit (nò sine summa prudẽtia) ipsum secretũ manere. Deinde verò pralo subiecti sunt, mox vero vt publici iuris facti, in magno ab omnibus sunt habiti pretio. Vnde etiam Hispaniarum Rex Philippus II. ipsa illorum autographa sibi petijt transmitti, illaq; mox in suam bibliothecam Laurentianam referri mandauit. Et quamuis p'ura alia, in eadem Sanctorum Ecclesia scriptorum autographa habeat, in tria tamen duntaxat particularem ostendit honorem & reuerentiã (hac ratione demonstrans, quanti eadem faceret & estimaret) nimirum in autographa S. Augustini, S. Ioannis Chrysostomi, & Beatae Matris Teresae: vtpote qua in eadem bibliotheca ferreis cancellis includi, & in pretiosissimo quodam scrinio cuius ipse clauem continuè penes se habet, asseruari iussit. Libri porro B. Matris non nisi è particulari fauore & gratia, velut sanctae quadam reliquia ostenduntur, & tangi sinuntur. Quin etiam summo communiter in pretio à doctis & grauibus viris, tam Hispanis, quàm exteris, habiti sunt. & quo qui eos legunt, sunt doctiores, eò maioris eorundem faciunt, vt qui melius alijs purissimi illius auri, quod in illis inclusum est, valorem norunt & explorant. & si quid forte ex illis non intelligunt, quod experientie id referretur, eò maioris id faciunt, quod ad oculum videant, aliam quamdam esse Theologiam, multo supra illam quam ipsi tradunt & docent, eminentem, quaeque longè sua est nobilior, eò quod mystica & secreta Dei sit cognitio, qua cum experientia & suauitatis gustu coniuncta est. Pauci viri summè docti hos libros legunt, quin nouam inter legendum admirationem, & de B. Matre opinionem concipiãt: etenim rerum quas tractat sublimitas, styli excellẽtia, qui eo magis proprius, quo minus affectatus, ignis & ardor demũ, quem in legentium animis accendant, testes sunt eorum qua continent. Haecenus Reuerendiss. D. Didacus de Yepes, ac deinde affert fructus quos in variorum animis horum scriptorum lectio vniuersaliter est causata.

Porto Pater & Doctor Franciscus de Ribera vir sui temporis doctissimus aequè ac grauisimus libro quem de vita B. Virginis huius edidit, quarto, cap. 6. sic loquitur: Praeter schedas quasdam sparsas hinc inde superscriptas, quibus excimia multa & non vulgaria documenta traduntur, quinque ipsa tractatus & commentarios, non sua quidem sponte, sed superiorum Confessorumque (quibus illa non minorem quàm Redemptori ipsi Christo Iesu obedientiam prestabat, vt tum dicta haecenus, tum plura post dicenda fidem facient) iussu conscripsit. Primum, quemdam de vita sua tractatum, qui ad vsque primi Abulæ cenobij fundationem sese extendit, hunc vt scriberet, praecepit Garcias de Tolero è Dominicano Ordine, qui tum suas ei per confessionem noxas aperienti operam dabat; quem anno Domini

M. D. LXII. eo inquam quo contentus illius iacta sunt initia, inchoatum, mense Julio eiusdem anni absolvit, eumque continuato filo in nulla distinctum capita; quamquam exinde ei in capita digesto Abulensis domus erectionem adiunxit. In quo id sane mirandum est, eodem illi scribenti à Domino continenter orandi modos, quos scribendo exprimere satagebat, non aliter fuisse communicatos, quam eos ante in se experta erat. Prinde suas omnes orandi rationes eo in scripto ad illam vsq; persequitur, quam scriptum inchoata tempore vsurpabat. Alter fuit is, cui Via perfectionis nomen est: tunc per hunc exaravit, cum monasterij Abulensis praefecturam gereret; idque imperante P. Dominico Banneseo, quo tum quidem Confessario utebatur; & eo hunc anno, quo priorem absolvit, auspiciata est. Tertius aliarum sedium foundationes complectitur, à inde à Metinensi ducto exordio ad Burgensem vsque, qua postrema sine, descendens. Hoc illa scriptum Salmantica anno saculi eiusdem tertio post septuagesimum exorsa est; insignitate & suafore P. Hieronymo de Ripalda Societatis Iesu, qui Salmantica illi à Confessoribus erat, iam septem ante varia per loca constitutis Dominibus; cui deinde eas quae quovis die hinc inde condebantur, continua serie adnectebat. Quarto Castellum anima seu mansiones nomen est. Huius scribendi auctor illi existit Doctor Telascius illius confessarius qui ad Osinensem Cathedram, deinde Compostellanam sua ob merita euectus est. Illis quidem diebus tam sublimem orationis passus excessum est, adeoque in divinam contemplationem fuit euectus, ut decem vel duodecim post diebus ne Epistola quidem scriptanda praementis absorptione apta & par fuerit. Exinde vero intolerabilis ipsam capitis vexavit dolor, uti hoc ipsa libro de se affirmavit. Hunc tractatum in Augustissima Trinitatis festo Toleti inceptum anno currentis saculi M. D. LXXVII. eodem Abula pridie D. Andrea feriarum perfecit, quinque prope ante, quam demoreretur annis. Quintus denique commentarius fuit in Cantica Salomonis, quem ipsi suscepit scribere imperantibus, quibus (ut ipsa quidem discrete fateatur) parere ex officio tenebatur. Huius scripti nonnisi pauca folia reliqua sunt: nam ut illud nonnisi ex obedientia inchoavit, ita ipsum imperitis cuiusdam Confessarii ipsis paritura, aut flammis iniicit, aut confregit. is enim scriptum etiam nondum visum, damnare non est veritus. cui tamen satius fuisset ante non paruisse, quam alios ipsa peritiores super eadem re consuluisse. Illic tamen & exacte morem gessit, simul etiam summo studio illius nomen suppressit, qui tam temere imprudenterque id mandare est ausus quod non intelligebat. Hocce porro libros maximorum negotiorum frequentia adobruta, temporis quoque laboribus angustiis, sepe etiam in male affecto corpore conscripsit, ut talia conscribi à tali minime posse viderentur: visum tamen est idcirco illi id facile fuisse, quod cum ad scribendum sese applicaret, tanta illi scribendarum rerum affluebat copia, ut quid scriberet, minime diu illi praevidendum esset, sed dumtaxat maxima in scribendo acceleratione opus, uti in plurimis librorum locis manifeste id ipsa declarat. atq; in primis sub libri, cui Via ad perfectionem nomen est, sine hac habet: *Mihi vero pro quantumcumque*

quam

S.

Theresia

Opera

N. VI

156

quam scribendo cepi molestia, abunde satisfactum est: nam quod scriberem, cogitatione antè voluere opus mihi minimè fuit. Eiusdem quoque libri cap. xx. in manuscripto autographo hæc leguntur: Sed cheu! quam multa mihi de hac via agere incipere occurrunt, imò etiam illi qui viam hanc aded perperam inuit, qualis ipsa sum! Vtinam verò pluribus in scribendo vti manibus possem, ne ob ingruentem copiam superuenientis instillatio prioris inspirati obliuionem induceret, &c. Hinc scriptorum eius nec laboriosus, nec elegans est stylus, sed talis quali in vulgari colloquio vtimur: apertus tamen, purus, grauis, genuinus, legenti gratus, & rebus quas tractaret, accommodus. De oratione, contemplatione, & familiari Dei cum animabus, & animarum vicissim cum Deo commercio scribens, tam alta, subtilia, sublimiaque profert, eaque modo ita spiritali, vt etiam doctissimi quique, nisi simul etiam rerum spiritualium callentissimi sint, admiraturi ea sine potius, quam intellecturi, non quod ea liquide satis ab ipsa non speriantur (taliū namque ipsa rerum exponendarum perita est in primis, ea que diuersimodè proponit, & quidem scitis ad hoc adhibitis comparationibus; ) sed quia aded sublimia sunt & spiritalia, vt se non nisi ab ijs, qui aliquam harum natū sunt experientiam, facile intelligi patiantur.

Reu. Pat. Magister F. Dominicus Banneſius, ex Ordine S. Dominici, primæ Cathedræ Theologicæ in Salmanticenſi Vniuerſitate Professor, cum à S. Inquisitione Hispanica iniunctū ei eſſet, hoſce vt libros inſpiceret & examinare, hanc de iſdem cenſuram ac iudicium tulit: *Maxima cum accuratone & attentione hunc librum, in quo B. Mater Teſa de Teſa aperit & liquide refert quidquid in anima ſua contingit, quod à Confeſſarijs ipſa ſua edoceatur & dirigatur, perlegi: ac nihil in eo reperi, quod, meo iudicio, malam doctrinam contineat, imò verò plurima que orationem ſectantibus bona futura ſunt adſcriptioni, & ſalutaria documenta ſuggerunt. Etenim maxima Religioſe huius experientia, diſcretio, & humilitas, quod ſemper in Confeſſarijs ſuis lucem & doctrinam queſierit, in cauſa ſunt, vt in iis que de oratione ſcribit, talia tamque eleuata ſcribat, vt interdum etiam doctiſſimi quique, quod experientiam & vſum non habeant, eo non pertingant, &c. Hoc quidem in præſens, quoad libri huius cenſuram, mihi videtur.* Datum Valliſoleti in S. Gregorij Collegio, Septimo Iunii, anno 1575.

F. Dominicus Bannez.

Hanc ipſe cenſuram, nomine ſuo ſubſcriptam & ſignatā poſuit in principio ipſius autographi vitæ, quam B. Mater de ſe ipſa ſcripſit, quod hodierna in Regia S. Laurentij Bibliotheca in Eſcuriali aſſeruat. Aliam quoque cenſuram huic perſimilem idem Auētor dedit in teſtimonio, quod in Actis Canonizationis illius legere eſt, vbi ſic loquitur. Non deſunt qui librum hunc carpent, qui nimirum bonorum bono Zelo acti, ſed exigiam vitæ ſpiritalis habentes experientiam quadam qua non intelligunt, calumniantur: verum nulli viri docti, etiam ſecularibus, maximopere is probatur, atque inſignem eis adfert fructum.

P. An-

P. Antonius Posseninus Societ. Iesu, vir piissimus ac doctissimus<sup>us</sup> eum Magister Sacri Palatii Romæ librum, quem de vita sua B. Mater composuit, legendum & examinandum ei dedisset, in illius approbationem & laudem epistolam quamdam destinavit ei, qui huius libri examen sibi commisisset. Verba Posseni inuenies supra post dedicatorem. Idem P. POSSEVINVS, in tractatu, quem Cultura ingeniorum nominat, Beatam hanc Virginem infusam à Deo scientiam habuisse asserere non dubitavit.

Quod verò Thomas Bosius de S. Matris Teresæ libris tomo primo de signis Ecclesiæ libr. 12. cap. 23. signo 57. testimonium dedit, iam ante, cum virorum doctorum de Spiritu eius censuras attulimus, allatum est.

At P. F. Ioannes à Iesu Maria, Congregationis Italiae PP. Carmelitarum Discalceatorum Procurator Generalis in Compendio vitæ & Miraculorum B. Matris Teresæ de Iesu, quod edidit, cum de libris quos ipsa composuit, mentionem facit, paucis verbis multas eorundem laudes complexus est, dum ait: *Laudatur sermo castus, non complexus, Lib. 4. c. 4.* *gravis, lepidus, effusax. Admirationem excitat rerum sublimitas, quam ne Theologi mali, nisi affectionum diuinarum consulti, assequi possunt. Doctores hac etate celebrissimi mysticarum passionum facilem, ac leniter decurrentem explanationem addo obstupescunt, ut rarum sapientiæ genus eis videatur, que de mystica Theologia Patres obscure ac sparsim tradiderunt, à Virgine vna in methodum tam perspicuè atque concinnè fuisse redacta. Quod verò ad doctrinam soliditatem pertinet, nihil non Theologicum, tamen si scholastico more promatur, exprompsit, ut è libri primi capite primo perspicere potest. Vita B. Virginis Teresæ, & Mansiones, doctrina casti, multis experimentis comparata, ad res internas dignoscendas affluunt: & infra: Mira scilicet sanè, qua suavissimo magisterio B. Virgo Teresæ digessit: qua animo demisso, ut profuit, legenda sunt. Sed, quantopere tam pia lectio iam orbe toto Christiano, in varia idiomata versa profuerit, muta in singulis vrbibus argumenta conueniunt. Item quoque Auctor lib. 1. c. 1. in horum librorum commendationem sic loquitur: Septimum agmen libris celesti sapientiæ plenis armatur: Patet quippe mentem, que toti Ecclesiæ celo luce aded mira praluxit, purissima diuine mentis luce minime caruisse. Accedit huic præstantissimorum Theologorum, qui B. Teresæ libros discussissent, admiratio & præconia verbis ac scriptis celebrata, que latere non possunt. Etenim ut paucos è plurimis commemorem, summis Theologis P. F. Dominico Banneſio, P. F. Bartholomæo de Medina Dominicanis; P. F. Ludouico Legionensi Augustiniano diligentissimis librorum Teresæ exploratoribus & præconibus, neque ignorantio, neque incogitantia, neque ratio aliqua politica obici potest. Ignoratio quidem, quia schola vniuersa illorum trium scripta venerantur. Incogitantia verò, quia ut acris critici ex professo libros perlustrarunt. Ratio demum*

S.

Theresia

Opera

N. III

156

demum politica, qui a neque eiusdem professionis erant, neque sibi aliquam laudem aut lucrum ex scriptorum approbatione constabant. Bene autem est, quo d nescio quis Theologus nonnulla Teresa dicta carpsit, vt SS. Dominus noster Paulus Quintus, hac occasione permotus, ea qua obiciebantur, peritissimis Theologis serio peruidenda commiserit, quemadmodum grauissimis in rebus fieri solet, facto quippe Romae rerum accuratissimo scruiinio, doctissimi P.F. DIDACVS ALVAREZ Ordinis Prædicatorum, nunc Archiepiscopus Trannensis, & Fr. Ioannes de Rada, Ordinis S. Francisci, Episcopus Paletensis, quibus summus pontifex curam demandauerat, sic tandem scripserunt. Trannensis nempe postquam argumenta obiecta diluisset, in hunc modum conclusit. Ex his colligo doctrinam M. Teresa in propositionibus prædictis, nihil continere doctrina Catholica, aut bonis moribus aduersum, sed valde vtilem esse ijs qui perfectam vitam spiritualem profitentur, vel ad eam tendunt. ita censeo, submittere meum iudicium correctioni Sanctæ sedis Apostolicæ. Frater Did. electus Archiepiscopus Trannensis. Paletensis verò postquam obiectiones reiecerat, sic suam sententiam absoluit. Censeo ergo, nihil esse censura dignum in iis, qua censor obiicit contra Matrem Teresam, sed omnia saltem probabiliter defendi posse. Fr. Ioannes de Rada Episc. Paletens. Sic res ad Summum Pontificem relata est, & libris Teresa maior hinc fides accessit. Ecce diuina prouidentia flexuram: permittit videlicet deus Theologum illum caligare, vt nebulas illius, Romani Pontificis auctoritas noua Teresa illustratione dispelleret.

Romani Pontificis auctoritatem sequatur ipsa S. R. E. Cardinalium, quæ certè non multò inferioris notæ futura est. Agmen ducat Illustrissimus ac Reuerendissimus Dominus Gaspar Quiroga S. R. E. Cardinalis, & Toletanus Archiepiscopus, & Generalis Inquisitionis Præses. Cum enim S. Mater Teresa vnà cum P. Hieronymo Gratiano, qui Prouincialis munere tū hangebatur, Toleti ab eo alicuius in quodam diæcefsis eiusdem opido, monasterij in Monialium suarum vsum fundandi facultatem peterent, ipse his P. Prouincialem verbis compellauit: *Maximopere gaudeo, quod Matrem Teresam mihi videre ac nosse datum sit; etenim summo eius cognoscenda tenebar desiderio. qua & in me Sacellanum inueniet, qui illi, vbicumque sese offerret occasio, & quibuscumq; poterit modis, auxiliabitur. vicas enim ei in meo nomine, iam abhinc annis aliquot (& certè decem iam anni effluerant, ex quo illustris quædam in Hispania mulier, cum librum de vita Teresæ, quem suis ipsa manibus conscripserat, sua in potestate haberet, nescio qua de causa eum ad S. Inquisitionis Iudices misisset, aliquas in eo visiones, reuelationes, doctrinas periculosas contineri asserens, easque ab illis examinari & discutere petens, quas, inter alios plurimos, illorum Iudicum iussu & commissione, tunc examinavit P. F. Magister Ferdinandus Castellius Historiæ Dominicanæ Auctor, & libri illius nemo tunc temporis amplius recorda-*

recedat, amissum eum aut suppressum ratus) S. Inquisitionis Tribuna-  
li quædam de illius libris oblatum, illiusque doctrinam valde exactè accurateque exa-  
minatam & excussam fuisse, neque eundem legisse, & totum perlegisse. censere me au-  
tem illius doctrinam valde certam, veram, & imprimis vtilem esse. quare repetat illum  
à nobis quædamque ei allibuerit, facultatemque ei ad eum repetendum & illinc aufe-  
rendum, quamque ex animo rogo, identidem mei vt apud Dominum suis in precibus me-  
moriæ faciat.

Cum vero horum librorum iam typis in Hispania mandatorum  
quoddam in Italiam exemplar Doctor Barnabas de Marmol, vna cum  
Constitutionibus Monialium Discalearum, vt has SS. Dom. Noster  
Sixtus Papa V. Apostolica auctoritate confirmaret, attulisset; sua San-  
ctitas tam harum quam illius examē, Cardinali S. Seuerinæ commisit;  
qui mirifice illo viso est gauisus; nam mirè illi placuit, vti & alijs multis  
per aliam vicijs grauilissimis ac Prælati, & præsertim spiritualibus ac Re-  
ligiosis, atque imprimis Episcopo Castillionensi, qui & eum ex Hispanico  
Italice loquentem fecit. Summus verò Pontifex, prædicti Cardin-  
nalis de illo testimonio audito, Breui quodam Apostolico & Bulla  
Constitutiones confirmauit. In quo inter cetera, quæ in S. Matrem &  
eius doctrinam & documenta effundit elogia, sic loquitur: Duodeciginti  
ta prope sunt anni, ex quo mulier quædam, Teresa de Iesu nominata, Abule nobili genere  
orta, & virtutibus ac sanctitate illustris, mundi delicijs & voluptatibus pessumdati,  
tam se sponso suo caelesti Deo dedicauit, bonoque vitæ suæ exemplo & doctrina, pluri-  
mas ad eandem Religionem sectandam virgines attraxit, &c.

Non minus illustre est, quod Illustriss. Cardin. Cæsar Baronius de  
illa eiusque libris, pauculis verbis, testimonium tulit. quod supra vide-  
re licet.

Omnes hæc censura & alia, quos breuitatis studio hic omittimus,  
quoad horum librorum doctrinam, mirifice inter se conueniunt. Pri-  
mo declarant, eam sanam, puram & Catholicam esse. Secundò, ani-  
mabus ad Deum perducendis, & certa securaque via (ne errent &  
pereant) dirigendis perutilem eam & proficuum esse. Tertio ipsam  
B. Matrem, horum librorum auctorem, infusam à Deo scientiam ad  
hoc scribendos habuisse, & spiritum sanctum, qui animam illius  
rerum adeo sublimium cognitione, intelligentia & luce illustrabat, si-  
mul & calamum illius ad easdem conscribendas monisse & direxisse.

Hi porro libri quinque diuersis linguis editi existant: primò Hispanica,  
qua ab auctore conscripti sunt; deinde à varijs in alias peregrina-  
nas versi sunt; in Italicam, Gallicam, Polonicam, Belgicam,  
& iam recentior opera nostra, simul omnes, in Latinum, quoad  
plures

S.

Theresia

Opera

N. III

156



plures deriuotut vtilitas, sermonem conuersi lucem adspiciunt. Vnde colligere est, quam illi, omnium approbatione, digni censentur, quia Catholicis passim in Ecclesia, etiam lingua vernacula conscripti, in villo scandalo legantur, non solis doctioribus illorum vsu & lectione reseruata: & quis ex iis vulgò prouenturus fructus speretur.

## §. 6.

OMNIA QUAE HIS LIBRIS SCRIPTA SVNT, SPIRITU  
sancto dictante & dirigente scripta videri.

**T**Ametsi ea quae allata sunt haecenus, testimonia magnam satis hincce libris auctoritatem concilient, quod à viris grauissimis iuxta ac sanctissimis & doctissimis ea sint profecta; nullum tamen eis maiorem videtur posse conciliare, quam quod ab illiusmet calamo & manu profectum est. Etenim ipsa non vno in loco apertissime profitetur, non tam sua se sponte, quam Spiritu sancto impellente, in manus calamum sumpsisse; quin & quaecumque scripsit, non nisi illo dictante & insillante à se esse scripta. quo quod amplius, certius, & omni exceptione maius haberi testimonium potest? quanam supra supremam veritatem dari veritas maior & irrefragabilior? Vt non immeritò cum Apostolo Gentium Paulo gloriari S. Mater possit, non tam ab hominibus se, quam à Iesu Christo, & spiritu diuino, edoctam & directam esse. Audi eam libri, quem de Vita sua exarauit, capite 12. loquentem & naturalem suum stuporem confitentem: *Ad multos annos multa legi, sed lecturum nihil intelligebam, & etiam satis suscepi, quod est Deus id mihi daret, verbum vnum, ad ipsum declarandum, proferre non possem. quod certe non modico mihi labore constitit. Cum verò Maestati illius lubet, vno nos in momento omnia edocet; quod certe magnam in me admirationem causatur. Vnò hoc, in veritate dicere possum, quod tametsi cum plurimis viris spiritualibus agerem, qui mihi exponere & declarare studebant, id quod Dominus mihi impertiebat, quò ipsum deim alijs declarare possem; tanta tamen mea erat hebetudo & stuper, vt parum iude iuauer, vel quod Dominus nollet (eius namque Maestas semper meus preceptor & Magister exstitit, sit ipse pro omnibus benedictus; etenim magna mihi confusionis materia est, quod hoc in veritate dicere possum) vt cupiam alteri hoc attribuerem aut acceptum referrem. Adhuc quòd illi mihi, nec volenti, nec petenti (quia in hoc neutrquam curiosa fui, & si fuisset, virtus fuisset & bonum; sed in alijs vanitatibus consuetudine) momento Dominus omni qua possit claritate, & ita vt alijs id declarare valerem, patefaceret. aded vt omnes obstupescerent, & ego magis quam confessarij mei, quod stupiditatis mea plus quam ipsi, esse in confessa. quod verò Dominus me non edocuit, ipsa scire & nosse non e labor aut, praterquam*

quam ea quæ ad conscientiam meam pertinent. Capite verò XIV. plurimas occupationes suas refert, nec non particularem illam lucem, quam illi Dominus ad hæc ipsa scribenda communicabat, idque hisce verbis: *Exiguam quod habeo tempus, parum me iuuat; unde Maiestatem ipsius omne id facere necesse est. Sequi namque me oportet communia reliquarum sororum opera: & alijs occupationibus intendere, quod in domo agam; quæ nonnisi recentè fundata est, hinc ipsi, quæ scribo, totam me impendere & tota vacare nequeo, sed per interualla & abruptim. & hoc satius est: nam Domino spirituum suggerente, omnia tum facilius, tum melius fiunt: perinde ac dum quis exemplar quoddam ante oculos habet, ad quod suum quod efformat opus, componit & dirigit. at, si spiritus desit, non magis quis hanc intelligere linguam valet, quam si (vt ita dicam) Hebraicam, aut aliam exoticam, audiret: tametsi multos etiam annis orationi vacarit. Vnde magnopere mihi conducere & prodesse videtur, me, dum scribo, in oratione agere. ad oculum quippe video, non esse me quæ hoc dico, & quæ hoc intellectu suo disposui, & postea nescio, quomodo id ipsa scripsim, aut scribere nouerim. atque hoc sæpius mihi contingit.*

Idem quoque habet & repetit cap. XVIII. his verbis: *Nihil verò dicam, quod non multo & vario ipsa vsu sim experta. & certè, cum de vltima hac aqua loqui coepissem, tam impossibile mihi videbatur de ea quidquam scribere, quam gracè loqui. adeo id scilicet difficile & arduum est. Quare scripturam abrupti, & ad communem sacram percipiendam me disposui. Benedictus autem sit Dominus, qui ignorantibus sic opulatur. O obedientia virtutem, quæ sic omnia potes! Deus namque intellectum meum illuminauit, aliàs quidem per verba, aliàs mihi velut obijciendo & proponendo, quo id ipsa modo exponerem: quia sicut in superiore oratione factum est, Maiestas illius id velle dicere videtur, quod ipsa nec possum, nec scio dicere. Quod autem dico, ipsissima est veritas, itaque quidquid hic bonum est, ipsius est doctrina; quod verò malum certum est à malorum pelago, quod ipsa sum deriuari.*

Et capite XXX. hunc in modum loquitur: *Tunc namque me ipsam intelligere non poteram, vti quidem intelligo modo, quo ipsum alijs possem exponere: at postea Dominus id mihi dedit, vt posim intelligere, nec non gratias quas mihi prestauit, referre. Hisce è testimonijs liquidò doctrinæ illius patet excellentia, & quanta eidem sit adhibenda fides & auctoritas: & sane, si mulier hæc, sancta sit (vti illius opera, virtutes & miracula sufficienter prodant) certum est, illam non mentituram. Simul quoque apparet, Spiritum sanctum velle se, homines horum librorum auctorem & inuentorem agnoscant, cum muliere tam rudè & ignorante, vt instrumèto, hic vsus sit; quòd hac ratione viæ orationis & spiritus quam tradit, auctoritatem & fidem conciliare velit: vt olim fidei & doctrinæ Christianæ cum ad eam prædicandam & docendam instrumentis tam ineptis & informibus, (qualia Apostoli erant) vsus est, veritatem & certitudinem voluit declarare. Hoc namque Deo ordinarium & sollenne est, vt suam hac ratione potentiam & sapientiam hominibus patefaciat.*

S.  
Theresia

Opera

N. V.  
186

DE FRUCTU QUÆ SANCTÆ MATRIS TERESÆ LIBRI FECERE,  
peccatores inueteratos conuertendo, eos qui orationis studio non tenebantur, ad  
eam pelliciendo, tepidis feruorem instillando, feruidos denique le-  
sione sua ad perfectionem incitando.

Nonnulli, qui vsq; ad eam erga orationem non afficiuntur, censent,  
è librorū doctrinas huiusmodi spirituales tradentium euulgatio-  
ne, non tam fructum aliquem, quàm damnū vulgò in populum sequi  
solere, quòd hi de rebus adeò arcanis & absconditis agant, vt non om-  
nes qui illos legent, easdem sint intellecturi, vel sensum illarum, (tame-  
si veræ & genuinæ sint) percepturi: atq; inde consecuturum, vt è non in-  
tellectione in grauissimos labantur errores. Ad hæc quia in hisce libris  
de raptibus, reuelationibus, alijsq; orationis supernaturalis generibus  
tractatur, nõ deerit fortasse nonnemo, qui hinc occasiõẽ capiet, huma-  
na aliqua industria & artificio extraordinario hos spiritus effectus conse-  
cRANDI ac QUERENDI, studendo nimirum mentem & spiritum in raptum  
sustollere, & aliquas sibi reuelationes efformare: forsitan etiam eo fi-  
ne, vt vulgò sancti habeantur & æstimentur: quod certissimum illu-  
sionum & deceptionum, è quibus tantum in Ecclesia Dei damnū secura-  
tum est, est principium, & fons.

Toto eo, quo S. Mater in terra vixit, tempore numquam inten-  
dit & spectauit, vt hi libri prælo commissi, publici iuris fierent, & om-  
nium passim manibus tererentur, sed vt tantum manu scripti, per Ord-  
inis sui Conuentus obambulant, quo in Fratribus ac Monialibus suis  
fructū facerēt; interdum verò singulari quodã priuilegio, nonnullis vi-  
ris grauibus orationis experientiam habentibus communicarentur. I-  
mitata videlicet placitum illud Pythagoræ Samij, arcana mystica &  
sacra celari & abscondi iubentis, ne in vulgi manum incidentia paula-  
tim vilescerent: nec non præcos illos Ægyptios, qui sacra sua dogmata  
hieroglyphicis signis & notis tradebant, ne illa passim ab omnibus, sed  
nonnisi à doctissimis quibusque intelligerentur. Atque hoc sane est,  
quod S. Dionysius Areopagita Timotheo Episcopo, cui suum de my-  
stica Theologia tractatum dedicat, iniungit, ne cui sacra hac Mystera,  
nisi admodum paucis, ijsque doctissimis & maximam spiritus expe-  
rientiam habentibus, qui nimirum eadem intelligant, & tanti, quanti  
par est, æstiment, passim patefaciat. Hoc quoque spectasse Redemptor  
noster Christus videtur, dicens discipulis suis: *Nolite dare sanctum canibus,*  
*neque mictatis margaritas vestras ante porcos, ne forte conculcent eas pedibus suis.*  
Nec ferre poterat, vt sub imia hæc spiritus mysteria, quæ hisce libris de-  
clarantur, in canum allatrantium & obmurmurantium ora inciderent:  
quibus,

Cap. 1.

Math. 7. 6.

quibus, quod ea non intelligant, hæretica & erronea videantur: aut in eorum manus, qui quod in virtutum cæno sint inuoluti, nullas maiores esse voluptates putant, quam quæ sensibus percipiuntur & sentiuntur. qui quamvis hosce legant libros, tamen adeo non magni illos faciunt, veritatem pedibus eos velut proterant & contemnunt.

At postquam re ipsa & per experientiam tum S. Mater, tum ii quibus ex obedientia parebat, viderunt, quemnam in omni hominum genere doctrina hæc fructum pepererit, opinionem suam mutarunt. constat enim, multos peccatores, etiam in peccatis obduratissimos, hisce spiritalibus doctrinis & monitis lectis, & magnis visis deliciis, quas, etiam in hac vita, Dominus communicat eum ex toto corde diligentibus, (vt taceam illam, quæ in cælo illos manet, beatitudinem) ad meliorem frugem rediisse. Cognito namq; Deum has inimicis suis delicias & gratias non conferre, & hocce donorum ac charismatum spiritualium condecoramentum non peccati cæno & luto, sed solum auro gratiæ superaddi quodam concepto desiderio, se, spe, & orexi, vbi ad illius statum iam peruenerint, orationem studiosè culturos, itaq; tantorum bonorum aliquid obtenturos, pristino peccati statu egressi sunt, & si vel vnū dumtaxat peccatorem hæc via conuerti contigisset, certè nimis quàm bonū fuisset & utile, hosce libros publici iuris facere. Etenim non solo pœnarū infernalium timore, sed & gloriæ amore, & spiritalium gustum & deliciarum, quas hæc in vita amicis suis Deus communicat, desiderio ac cupidine animas ad Deum conuerti constat.

Sunt nonnulli, quibus, cum bene recteq; viuerent, satis erat non peccare, ac proinde ipsam spiritus & orationis mentalis viam ingredi detestabantur, at doctrina horum librorum lecta, spiritum sectari & colere decreuerunt; hæc q; via ad altiore virtutis & meritum gradum ascendit. Alij verò sua in oratione, repidi erant: at, postquã hosce libros lectitarent, seuore quodam mentis concepto, ad sublimissimã quamdã contemplatione spiritum suum sustulere, impedimentis omnibus, quæ animam, quo minus ad eam quam desiderat perfectionem ascendat, remouentur, superatis & transcendis. Alij verò, cū multos iã annos orationi vacassent, eiusq; adminiculo magna consecuti essent bona, per illam lucẽ quæ hisce in libris traditur, & equa colligunt ad quàm altum gradum spiritus possit peruenire, circa multa dubia, quæ non satis intelligebant, nec vquam intelligerent, nisi per illos qui aliquam horum habent experientiam, circa eadem instruerentur, securi & certi facti sunt. Tanti verò Deus opt. max. facit, vt illarum animarum, quæ ad perfectionem aspirant, vna sese perficiat, & veros amicos suos, qui feruidè ipsum diligunt, tanto in pretio habet, vt vel propter vnus horum commo-

S.  
Theresia

Opera

N. V.

186

dum & bonum, nullam aliorum inconuenientium velit rationem haberi.

Et, si sublimia hæc documenta & mystica arcana publici iuris fieri uerentur, cur, quæso, permissæ sunt imprimi & euulgari Reuelationes S. Methodij, Birgittæ, Catharinæ Senensis, Mechthildis, Elisabethæ Scoungiensis, Hermæ qui S. Pauli fuit discipulus, nec non aliorum plurimorum, qui reuelationes & uisiones suas scripto ediderunt nisi enim ex ipsorum illas ore haberemus, vndenam habere illas & scire possemus, cum sint secreta quæ Deum inter & eorum ipsorum peragantur? qualia certè passim in uitis sanctorum apud Surium, Lipomanum, & alios legere est.

Nullam uerò aliam libri hi, ad sublimem orationis gradum perueniendi, uiam aut artem tradunt, quàm uitæ puritatem, humilitatem, amorem Dei, & in oratione perseverantiam. multis quoque in locis docent, & quidem maximo impendio & conatu, nullo esse in numero habendas impressiones illas extraordinarias, uel res supernaturales: & tunc maximè illas ab anima Christiana fugere & sese subducere, aut si ueniant, ueras eas & æertas non esse, cum illas ipsa habere procurat, desiderat, aut spectat. unde efficere & concludere possumus, hos nimis quam procul abesse, ut alicui illusionum & deceptionum sint occasio: imò uerò constat, nullum dari posse scriptum, quod magis lectorem, ut sibi ab hisce illusionibus caueat, omni in loco commonefaciat & instruat.

Si quis uero, aut defectu ingenij, aut uoluntatis malignitate, in doctrina hac spiritali erret, aut scandalizetur, propriæ malitiæ & ignorantie, non uero libris hisce, culpam ascribat: hi namque bonum oculum habentibus dant lucem & illuminant. nam qui, cum oculos suos lippitudine & sordibus amoris proprii plenos habeant, eos legere uolunt, non tam ipsa spiritalium librorum doctrina, quam suorum defectu cæcutiunt: quemadmodum sol in culpa non est, quod uespertilio in die cæcutiat, sed oculorum ipsius defectus & infirmitas; cum aquila, sine ullo oculorum dispendio, irretorto ipsum lumine & fixo intueatur. Sic multi hæretici, è prauo sacrarum litterarum intellectu, hæ-

resum suarum procudendarum & tuendarum occasionem sumunt; non propterea tamen dicendum, sacram scripturam damnosam esse, nec legendam uideri.

FINIS.

REV.